

FROM THE LIBRARY
OF WILLIAM MORRIS
KELMSCOTT HOUSE
HAMMERSMITH


o/c

Scotland: History.

W

ORKNEYINGA SAGA
SIVE
HISTORIA ORCADENSIIUM

A PRIMA ORCADUM PER NORVEGOS
OCCUPATIONE AD EXITUM SECVLI DVODECIMI



SAGA
HINS HELGA MAGNUSAR
EYIA JARLS
SIVE
VITA SANCTI MAGNI
INSULARUM COMITIS



EX MSS. LEGATI ARNA-MAGNÆANI
CUM
VERSIONE LATINA, VARIETATE LECTIONUM
ET INDICIBUS, CHRONOLOGICO, REALI
ET PHILOLOGICO

EDIDIT
JONAS JONÆUS ISL.

HAFNIÆ,
ANNO MDCCLXXX.
SUMTIBUS ILLUSTRISS. P. FRID. SUHM.

Typis SANDER & SCHRÖDER.





L. S.

Post editas diu *Origines Islandiæ & Torfæi* uberiores in *Seriem Regum Daniæ Notas*, novus prodit liber; Quem, haud aliter ac illos, Heroi togato Dno *P. Fr. de Suhm* literatus debet orbis. Nec parum utilitatis historiæ præsens opus confert, quippe quod remotissima *Orcadensium* gesta per tria, & aliquid amplius, sæcula pertexit; unicum fere hac in re, quod nobis superest fide dignum monumentum, sed hætenus ineditum &, ob pauca apographorum exemplaria, rarissime obvium.

Perenne sæculi sui decus *Thorm. Torfæus*, dum tractatum de jure Regni Danico Norvegici in *Orcades* indubio scripsit, eo quidem usus est, plurima vero contraxit, dempsit, adjecitque, quod vel levi



utriusque libri collatione, absque mea monitione, unicuique verum esse apparebit.

Et Anglia scriptorum ad Orcades antiquas pertinentium, qui publicam viderint lucem, valde pauper est.

Insulanos quod attinet, ante tria secula conquesti, sexcentis se, quibus archiva & bibliothecæ tabescunt pereuntque, modis, domestica, eaque satis ampla, monumenta amisisse doluerunt.

Scotia, Orcadum hodie domina, res a majoribus gestas prælo inondum evulgavit; sic sua habere sibi gaudet, exteris ferme ignota.

Justæ hinc eruditorum querelæ atque desiderium melioris olim fontis obtinendi, ortum est. Annuit igitur Musagetæ noster, mihi-que injunxit curam præsentis operis edendi. Ut par erat, obsecutus *Orkneyinga Sagam* cæteris præmissi, etenim res illa, a fixa in Orcadibus per Nordmannos sede, adsertoque sibi earum dominio, ad exitum usque seculi duodecimi, insulanas narrat. Auctor incertus, incerto æque tempore scripsit. Sed antiquissimum opus esse, & *Snorrone* prius, vel *Polybius* ille noster docet, *Orkneyinga Sagam*, in vita *Olai Sancti*, expresse in narratorum fidem testatus. Et characteres, qui in bono historico adesse requiruntur, nostro ne-
tiquam defuisse *Torfæus* dudum monstravit; Talis viri judicium omne habet paucis dictum, quod dicere possum, & hoc ex ejus præmissa *Orcadibus* præfatione afferre nobis liceat.

” Auctor egregium gentis suæ institutum (scilicet rerum domi forisque
gestarum consignationem) secutus, ex vetustis carminibus & traditio-

” num



num memoria, ea, quæ sua tempora præcesserunt, huc congeffisse
videtur : reliqua ipsum vel vidisse, vel ab aliis visa accepisse, tem-
pus, quo vixit, *Sverreri, Haralldoque Maddadio*, me conjectore, co-
ævum, persuadet. Carmina quæ secutus est, quædam, eaque antiquis-
sima, Comes *EINAR DE CESPITE* ipse fecit: Quædam & lon-
ge plura, Islandi complures, quos Comites posteriores in aulis suis,
more regibus principibusque recepto, sustentarunt magnoque in ho-
nore habuerunt. Primus eorum *ARNOR THORDI* filius erat,
Comitum Poëta ideo appellatus, quod comitibus *Thorfinno Sigurdi*
Crassi Rögnvalldoque Brusii filiis operam suam longo tempore addi-
xerit, quorum gesta carmine, magnam partem adhuc superstite
celebravit; De quo traditur quod *Thorfinnus* acri prælio cum
filio fratris sui *Rögnvalldo* occupatus, eum in terram exposuerit,
procul dubio, ut absque periculi metu, quæ ab utraque parte gere-
rentur, accurate observare carmineque deinceps prodere posset, non
secus ac Sanctus *Olafus* in prælio *Stiklastadensi* poëtas tres Islandos,
testudine septos, ad prælii ordinem singulorumque alacritatem attendere
iussit, rhythusque in posterum duraturis committere. Fuit autem
ARNOR poëta celeberrimus, natus in Islandia, filius *Thordi Kol-*
beinii, ejus, cujus controversiæ, lites, jurgia, mutuæ injuriæ præliaque cum
insigni viro *Biarno Hitdalarum athleta* dicto, fuscè descripta sunt,
ambo in Islandia nati, sancto *Olafo* familiares fuerunt. Hic idem
ARNOR ad *Magnum Bonum* Daniæ Norvegiæque regem profectus,
cum, præfente etiam patruo Regis, *Haralldo* strenuo, carmine quo-
dam laudum ejus præconia publice decantaret, eumque aliis Regibus
nimis præferre videretur, monitus est ab *Haralldo*, hujus regis lau-
des ita temperaret, ut alios non vituperaret. Cui tamen *Haralldo* ar-
tem suam adeo commendavit, ut ab eo post mortem quoque celebrari



” vellet munereqve confestim ornaretur. Id quod *ARNOR* etiam fide
 ” & elegantia pari præstitit.

” Alter poëta, cujus in hoc opere fit mentio, fuit *HALLUS*
 ” *THORARINI BREIDMAGII* seu obesi ventris filius, in aulam
 ” Comitis *Rögnvalldi Kalii* receptus. Tertius fuit *EIRICUS* quidam,
 ” qui *Sveno Asteifis* filio militabat. Quartus fuit *BOTOLFUS BEGLA*,
 ” natione Islandus, sed incola Orcadum factus, qui si in Islandiam
 ” nihil horum transtulit, aliis tamen popularibus suis, quæ expiscari
 ” poterat, forte impertivit; Ut *HALLDOREM*, *Thorkelis Nu-*
 ” *tricii*, dum Comitem *Einarem* occideret, domesticum, omittam.
 ” Sed omnibus hisce certiora, Comitum liberi propinque qui in
 ” Islandiam migrarunt, de patribus suis, majoribus ac propinquis affere
 ” suisque posteris tradere poterant. Adderem his *Buium* Islan-
 ” dum, quem vita illius tum *ATHEUM* tum *CANEM* ab ini-
 ” micis appellatum esse, gigantei roboris fuisse, patriaque ob te-
 ” merata Ethnicorum sacra, a quibus abhorruerit, *Haraldi Pulchri-*
 ” *comi* tempore profugisse, ac deinde in *Einaris de Cespite*, Orcadum
 ” Comitis, aula moram nexuisse tradit: Diceremque res Comitis illius
 ” eum latere nequivisse, sed in patriam reduci, (rediisse enim traditur)
 ” uberrimam differendi materiam præbere potuisse, nisi *Buii* hujus vita
 ” pura fabula esset. Adeo ut risum mereatur *THOMAS DEMP-*
 ” *STERUS*, qui cum in *ARNGRIMI* Crimogæa lib. II. *Buium*
 ” idola abominatum, fanum quoddam flammis absumfisse, legisset,
 ” Islandorum Apostolum, in *MENOLOGIO SCOTICO*, mira quidvis
 ” scribendi licentia, ex eo effinxit. Hæc quamvis ad auctoritatem Scri-
 ” ptoris nostri fidemque adstruendam abunde sufficiant; alium tamen
 ” indu-



” indubitatum veritatis testem producam; Consensum nimirum illius
” cum externis scriptoribus qui eum numquam viderunt, nec ille eos.
” Meminit *BUCHANANUS Magni Nudipedis* Norvegiæ Regis & Epi-
” scoporum *Catanesensium* duorum, quorum prior ab *Haralldo* comi-
” te Orcadensium oculis & lingua privatus, alter a rusticis exustus est;
” de quibus lib. I. hujus Cap. XXXVIII & XLVIII. poterint inspicere
” *CHRONICON MANNIÆ* nostro centum annis recentius, si placet,
” conferatur. Istic *Lagmannus* & *Olafus Godredi Crovanis* filii habentur.
” *Olafus* nostro *Bitlingus*, Cap. XVIII. XXXV & XXXVIII. cogno-
” minatur, filiamque *Ragnhildem Sumarldio Haulldio*, Dalorum in sinu
” Scotiæ præfecto, elocasse traditur, quorum filii *Duggall*, *Rögnvall-*
” *dus* & *Engull* memorantur. Consentit *CHRONICON MANNIÆ*
” ad annum MCII Cap. XXXVIII. *Rögnvalldi Gudriodi Hæbudarum*
” regis filii noster præterea meminit, eumque *Olafi Bitlingi* nepotem,
” ex *Ingebiorge* comitis *Haconis Pauli* filia memorat, Cujus Imperii
” principium ad annum salutis MCLXXVIII. obitum ad MCCXXVIII.
” idem Chronicon refert. De *Alano Galvidiæ* regulo, *Olaso* insula-
” rum rege, *Huspacho*, nobis *Uspaco*, ad eundem annum mira no-
” strorum cum eodem Chronico harmonia, in ceteris etiam magnus
” consensus, adeo ut hæc nostra cum illo, in se invicem illustrandis
” mutuas operas præstent. Quodsi libri hujus Cap. XI. de bello, quo Rex
” Hiberniæ *Brianus* occubuit, *JACOBI WARÆI ANTIQQ. HIBER-*
” *NICARUM* Cap. IV conferre libuerit, mirus utrobique consensus apparibit,
” nam *Sitricus* illis, nobis *Sigtryggus*, idem quod victoriosus, & qui *Broder-*
” nobis, *Bruodarus* illis, & classis Daniæ præfectus hic piratarum antefigna-
” nus, utriusque *Briani* interfector. Victoriâ vero penes *Brianum* uter-
” que statuit eumque ex vulnere mortuum. Multa etiam hic oc-
” currunt



” currunt, quæ historiæ Scoticæ lucem fœnerantur, conferenti obvia.
 ” Dissensus ab aliis semel quidem aut iterum occurrit; Sed tanti hic
 ” non est, ut fides auctori eapropter derogari debeat, magis quam
 ” aliis optimæ notæ scriptoribus cum quibus idem illi quoque commune.
 ” Illud forte offendit, quod insulis illis minus populosis, inque mari
 ” procelloso ita sparsis, ut mutuis auxiliis, teste *BUCHANANO*, se
 ” tueri nequeant, tantæ vires, tot trophæa, tamque ingentes adversus
 ” potentissimum Scotiæ regnum, progressus adscribantur, cum tantum
 ” eis licuisse, fidem excedat. Verum diversus temporum istorum a
 ” præsentium indole habitus fidem auctoris tuetur. Strata tum myo-
 ” paronibus piraticis cuncta maria, obsessaque totius occidentis litora
 ” & maritima undique fœdis direptionibus incendiisque vastata: Sed nec
 ” a paucioribus hæc insularis facta sunt omnia, cum plurimi iique
 ” potentissimi Norvegiæ proceres ac cives illis se adjunxerint, qui pa-
 ” triis sedibus pulsi, principibus diversis, vel pretio vel parte prædæ
 ” conducti, meruerunt. Haut igitur mirum, si horum populares,
 ” propinque comites Orcadenses, eorundemque sacrorum consortes
 ” & Christianis natura hostes, auxilio tot fortissimorum virorum, immane
 ” creverint, insigni Scotorum Hibernorumque damno. Hinc enim
 ” *Olaso Albo* Dublinum regiaque potestas quæsitæ; hinc auctus viribus
 ” potentiaque filius ejus *Thorsteinus* Rufus, qui adjuncto sibi *Sigurdo*
 ” Orcadum Comite, potentior factus est, quam ut possit resisti. Parta
 ” tunc utriusque opimarum Scotiæ provinciarum possessio, sequentes Or-
 ” cadum Comites docuit, quibus artibus quorumque subsidiis amissa
 ” iterum possint recuperari. Evidens exemplum præsentis (5: Orcadum)
 ” scripti Cap. X, exhibet *Broderum* & *Uspacum*, piratas, bello Brianico
 ” diversas partes secutos. Nec similia alibi defunt. *Hachius* &
Hagbar-



” *Hagbardus* fratres & piratæ Norvegi, universam Sveciam bello in
” suam potestatem redegerunt. *Sölvius Högnii* de Niardeya, exi-
” guæ insulæ Norvegicæ domini filius, pari eam vi sibi subjecit longo-
” que tempore rexit. Recentius simul & notius exemplum *Rolfus*
” præbet (*Rollo* aliis, primus Normanniæ Dux, post susceptum baptis-
” mum *Robertus* appellatus) qui amplissimum & vastissimum Gallicæ im-
” perium piratica manu adortus, nobilissimas provincias Regi *Carolo* ex-
” torfit. *Alani Galvidicæ* Comitis, *Sumaridii*que *Aragathelicæ Thani* in-
” gentem potentiam *CHRONICON MANNIÆ BUCHANANUS*que
” celebrant, quorum ille ad Scotiæ sceptrum anhelabat. Hic Norvegiæ in-
” culmine fortunæ consistenti, minatus est, idque sequioribus seculis,
” cum piratarum potentia defuisset. Quanta mole Norvegiæ duabus
” distinctis expeditionibus Orcadenses incubuerint, quantisque eam suc-
” cessibus attriverint, Cap. IX. & penultimum explanant. Nihil igitur de
” Comitum Orcadensium potestate fictum aut absurdum hic habetur.
” De cætero Comitum Orcadensium genealogiam Auctor hic noster in-
” tactam non omisit. Sed eam a vetustissimis septentrionis heroibus
” *Hornoto*, ejusque abnepote *Thorio* & abneopte *Gore*, *Noris*, Nor-
” vegiæ eponymi, fratre, multis tamen gradibus interruptam, texuit,
” atque a *Rögnvaldo Mæriarum Comite*, perpetua serie, ad obitum *Ha-*
” *rallæi Maddadii*, qui anno Christi MCCVI. in fata concessit, histo-
” riam eorum continuavit, forte etiam ea quæ de Episcopo Catanesiæ
” *Adamo* habentur, adjecit. “

Quod vero ad textum attinet, ille, quam potui, summa fide
& cura datus. Negotium vero tanto gravius facessivit, quanto pau-
ciora exempla melioris notæ obtineri potuerunt. Sunt equidem
in Bibliotheca *Arnæ Magnæana* plura (nam aliunde meliora spe-
rari



rari vix possunt), sed manca pleraque & recens exscripta, illa, vero hæc sunt.

- 1) Fragmentum membraneum, formæ vulgo quartæ quod in Bibliotheca Legati Magnæani No. 325. hodie conservatur. Hæc, in folio quindecimo & seqq. Textum nobis dedit ab initio ad pag. 28 lin. 11. Et quamvis seculo XIV. exaratum sit, antiquissimum tamen est omnium quæ ad manus sunt, exemplarium, dignumque visum, cuius specimen æri incideretur.
- 2) Codex chartaceus ejusdem Bibliothecæ No. 48 formæ maximæ s. folii. Ex quo Textus, in fragmento membraneo desinens, ad finem Historiæ desumptus est. Exscriptum est boni cujusdam codicis, accurata *Asgeivis Jonæ* manu, qui magnis Duumviris *Torfæo* & *Arnæ Magnæo* fidelem in exscribendis mediæ ævi monumentis operam diu præstitit. Auctoritatem auget facta post a b. *Torfæo* hujus cum codice Flateyensi collatio.

Cum his duobus contulimus Codices a) No. 101 & 102 in folio. Quorum uterque Chartaceus scriptus est manu *Asgeivis Jonæ*. Integram isti complectuntur historiam, sed a quonam autographo desumptam, omnino incertum est. b) No. 332 in 4to, fragmentum sc. Chartaceum exigui momenti. c) diversa tria fragmenta membranea No. 325. d) Fragmentum No. 333 in 4to.

Denique Cod. in fol. No. 103 Chartaceum, qui Versionem Danicam, seculo XVI. factam ab auctore incerto, complectitur,

contu-



contulimus. Quæ versio, quamvis virum lingvæ minus gnarum arguat, (*) nec in vocibus hodie obsoletis, aut difficilioribus enucleandis usum quemquam præbeat, est tamen multi ponderis; Etenim plurima habet quævis visa nobis exemplaria carent, & diversa ab iisdem interdum tradit. Hæc in Indice Comitum, historiæ suffixo notavimus, & quatuor prima Capita latine ad finem appendimus.

Cognatam huic *Magni*, vulgo Sancti, vitam subjungere visum fuit. Forma, Dictione, verba, omnia quæ in ea sunt, scriptorem produnt virum monasticæ vitæ addictum. Nec, licet *Gunnlogi* scriptis, *Carliqve Jonæ* dignitate multum cedat & fabulosa (nam & hæc antiquitas, in re præsertim sacra, necessaria credidit) veris misceat, contemnenda est. Etenim haud pauca docet, quibus mores, (& historiæ ut illos cognoscamus operam impendimus) lucem multam scenerantur, quæ aliunde non ita facile peterentur.

Textum dedit Codex Chartaceus No. 350 in quarto, legati *Magnæani*. Quo cum collatæ sunt chartæ.

a) No. 351. 352. eadem forma.

b) Charta Illustriss. herois de *Subm*, nitida fidaque *Oddi Jonæ* manu exarata, quam in variantibus litera O notavi.

** 2

c) Co-

(*) Evincit hoc judicium b. *Arnæ Magnæi* qui propria manu illi adscripsit; *Exemplar vitis plenum & male scriptum, emi in Auctione Rosencranziana 1702.*



c) Codex membraneus No. 335 in 4to. Ille est antiquus, sed dictione concisa magis scriptus, multas nescit laudes in quas Textus amplissimo eloquentiæ fluvio se diffundit. Habet tamen, quæ collati nesciunt; & hæc pag. 534 inferuimus.

Textu ita adornato, versionem latinam aggressus sum, & ejus rationem reddere necessum est. Multos scio fore, quævis Helladis Latiiqve elegantia desiderari videbitur, nec immerito. At horum fidis auribus deponere velim, putare me addiscenda primum domestica esse, & nativo habitu spectanda, adepta vero illorum sufficienti cognitione adscititiam venustatis formam, quantum libuerit, illis conciliari posse. Quam ob causam arrisit verbalis illa, quam magnis nominibus *Junio*, *Somnero*, *Gibsonio* aliisque primis in re litteraria viris, præ culta, magis placuit. Hanc secutus quam bene rem egerim aliorum judicio relinquo.

Quæ in Carminibus sæpius insertis difficillima erant, illorum haud pauca ad S. V. Dominum *Johannem Finnæum*, jam cum laude summa Scaltholtensem in Islandia Episcopum, contuli. Qui, ut semper ingenuis conatibus officiose favet, ita hac quoque in re operam suam perlubenter nobis præbuit. Tanti viri eruditionem orbis literatus diu veneratus est, & me plurima illi debere grata menet publice hic testor.

Ad *Torfæi Orcades* Chronologiam, quæ in margine libri superne conspicitur, adornavimus.

Appendicem adjecimus 1) Orcadensium Diploma anno 1403. scriptum. Quod cum magni in historia usus sit, & liber



in quo reperitur raro obveniat, lectoribus haud ingratum fore autumamus. Marginalia, quæ hic apparent, a nobis sunt adjecta, nam editio *Wallaceana* iis caret.

- 2) Historiam Norvegiæ detectæ s. Tractatum a nostratibus vulgo dictum *Fundinn Norvegr*. Ab vita *Olai Tryggonis* cui insertus est, in nominibus dicitur, & initium Historiæ Orkadum in Codice 103 superius laudato facit. Hinc operæ præteritum duximus, ut illud fragmentum his quoque subnecteretur.

Indices, qui etiam opus nostrum sunt, tres demum subnectuntur. Unus Jarlorum, ordine, quo sibi successerunt: nominum priorum alter. Tertius voces, apud alios scriptores huc usque impressos, vix occurrentes continet.

Singulis cura, quam potuimus, maxima impensa est; & magnus Musageta noster Dnus *Petrus Fridericus de Suhm* hæc non modo dignatus est perlegere, lecta vero mutare, corrigere & augere; sed, digna prælo judicata, suis impensis in lucem dari jussit, præmiumque pro labore lautissimum mihi numeravit. Verbo: *Illi* me totum debeo, & Tu mi Lector! gratum *Illi* animum debes, ob tantam in scientias liberalitatem.

Scripsi HAFNIÆ die xxii Februarii

Anno Dni MDCCLXXX.

JONAS JONÆUS.

ORKNEYINGA SAGA.

HISTORIA ORCADENSIUM.



Frá Jörlum.

Sva er sagt at á dögum *Haralldz* hins hárfagra bygduz *Orcnæyar*, enn ádr var þar víkinga-böli. *Sigurdr* het hinn fyrsti iarl i *Orcnæyium*; hann var son *Æysteins Glumru* oc brodir *Rögnvalldz Möra Jarls*. Eptir *Sigurd Guttormr* sun hans æinn vætr. Æptir hann tok iarldom *Torf-Æinarr* sun *Rögnvalldz* iarls oc var længi iarl oc ríkr madr. *Halfdan Hálegg* sun *Haralldz* hins hárfagra fór a hendr *Torf-Æinari* oc rak hann á braut or *Orcnæyium*. *Einarr* kom aptr oc drap þá (a) *Rögnvalld* i (b) æy. Eptir þat for *Haralldr* kongr med herr i *Orcnæyar*. *Æinarr* flýdi þá upp a *Scotland*. *Haralldr* konungr let *Orcnæyinga* sveria ser æyða oc áull opul sín. Eptir þat sættuz þeir iarl oc *Haralldr*; gerdiz hann þá konungs madr oc tok land oc len af konungi oc skyldi eigi giallda skatta af, því at þar var herfkátt miök. Jarl gallt konungi LX marka gullz. Þa hæriadi *Haralldr* á *Scotland*, sem getit er i *Glumdrápu*. Eptir *Torf-Einar* redu fyrir landi syner hannz, *Arnkell*, *Erlendr*, *Þorfinnr þausakliufr*. Á þeirra dögum kom af *Noregi* *Æivíkr blóðæyx* oc voro þá iarlar honom lydscylder. *Arnkell* oc *Erlendr* fello i hernadi. Enn *Þorfinnr* red landi oc vard gamall. Syner hans voro *Arnfidr*, *Havardr*, *Lödver*, *Liotr*, *Scule*. Moder þeirra var

(a) *Halfdan*. 103. 332.

(b) *Rimánsey*. 332.



De Comitibus.

Feruntur regnante Haralldo pulchricomo colere cæpisse Orcades, in quibus antea piratarum erat receptaculum. Sigurdus insularum primus comes erat, Eysteinis Glumræ filius, frater Rögnvalldi, comitis Meriæ; successit ei filius Guttormus annumque imperavit. Post hunc comitatum nactus est Torf-Einar, comitis Rögnvalldi filius, gessitque diu, vir potens. Halfdanus Altipes, Haralldi pulchricomi filius, Torf-Einarem invasit & ex Orcadibus expulit; Rediit Einar & Halfdanem interfecit; Duxit exinde in Orcades exercitum rex Haralldus, unde Einare in Scotiam fugato, Orcadenses homagium solvere & singulos fundos juramento sibi addicere fecit. Reconciliabantur postmodum comes & Haralldus, unde ille regi subditus, ditionem fevdo accepit, vectigalia non solveret, insulæ enim hostium incursionibus perquam obnoxia. Pendebat regi sexaginta marcas auri. Haralldus eo tempore Scotiæ arma inferebat, teste Glumdrápa. Præerant ditioni post Torf-Einarem filii, Arnkell, Erlendus & Torfinnus Hausacliusus, (calvariarum sector). Eorundem tempore è Norvegia venit Ericus Blodöx, cui tunc comites, & quo ad militiam, & quoad tributa solvenda unacum subditis parebant. Arnkell & Erlendus in bello cecidere; Thorfinnus vero ad senectam usque insulis præfuit; Habuit filios Arnfidum, Havardum, Laudverem, Liotum

var *Grelaug*, dotter *Dungadar* iarls af *Katanese*. Moder hennar var *Groa*, dotter *Þorsteins Rauds*. Á dögum *Þorfinnz* iarls kvamo af *Noregi* syner *Æyriks blodaxar* þá er þeir höfpu flyet fyrir *Haconi* iarli; var þá í æyjunum mikill yfergánger þeirra. *Þorfiþr* iarl varð fottdaudr. Æptir hann redo landi syner hans, oc ero frá þeim miklar sauger. Laudver lifpi þeirra lengzt oc red þá æinn landi. Sun hans var *Sigurdr digri* iarl, hann var ríkr oc hermadr mikill. Á hans dögum for *Olafr Tryggvasun* or væstr víking med lipi sínu, hann lagpi til *Ornæyia*, han tok höndum *Sigurd* iarl i *Rörvagi*, hann lá þar fyrir æinþcipa. *Olafr* konongr baud þá fiörlausn iarli at hann fkyllði taka tru retta oc fciörn oc geraz hans madr oc bida kríftni um allar *Orcnæyiar*. *Olafr* konongr tok í gífling sun hans er *Hundi* het eþa *hvelpr*. Þapan for *Olafr* til *Noregs* oc gerþíz þar konongr oc var *Hundi* med honom nockora vætr oc andapíz þar. Enn síþan væitti *Sigurd* iarl æinga lydfeyllðo *Olafr* konongi; hann geck at eiga dottur *Melkolms* Skotta konungs, oc var þeirra sun *Þorvidr* iarl hinn ællri, *Sumarlidi*, *Brusi* oc *Einarr*. V vetrum æptir fall *Olafr* konungs *Tryggva* sunar for *Sigurdr* iarl til *Irlandz*; han fetti sunu sína ællri til lanz. *Þorfinn* fendi hann til *Scotlanz* til *Scotta* konungs moþr fedr síns. I þeirri ferd fell *Sigurdr* iarl í *Brians* orrosto. Æn er þat spurðíz til *Orcnæyia*, þa voro þeir syner hanz til iarla tekner, *Sumarlidi*, *Brusi*, *Æinar*, oc fciptu i þridiunga med fer laundum. *Þorfiþr Sigurdarson* var þa V vetra er fader hans fell. Æn er fall iarls spurðíz til *Scotta* konungs, Þá gaf *Scotta* konongr *Þorfinni* frænda sínum *Katanæs* oc *Sudrland* oc iarls nafn med, oc feck honom menn til at stýra ríki med honom. *Þorfinnr* iarl var þegar brádgörr í uppvexti oc allum þroska. Hann var sterkr madr oc líótr oc mikill væxti. Þegar er hann vox upp, var auðfætt at hann var ágiarn, hardr, grimmr

& Sculium, quorum mater Grelauga, comitis Dungadi in Kata, neso filia; ejus mater Groa Thorsteinis Rufi filia. Thorfinno Comite, venere e Norvegia Erici Blodoxii filii & Comite Hacone exulantes, qui tunc in insulis multum grassabantur. Comes Thorfinnus morbo decessit. Successere ei in officio filii, de quibus prolixæ historiæ. Laudver fratribus superstes, populum solus regebat; Ei filius comes Sigurdus Crassus, dives & militiæ peritus. Hoc tempore rex Olaus Tryggvii, e piratica occidentali cum exercitu reversus, classem ad Orcades appulit, & Comiti Sigurdo, qui unicam navem in sinu Rörvagi detinuit, comprehenso, retinendæ vitæ conditionem declaravit veræ fidei & baptismi amplexum, addito, ut, sibi subditus, religione Christiana singulos Orcadenses imbueret. Abduxit secum rex Olaus obsidis loco filium Comitis, Hundium sive Hvelp (catulum); in Norvegiam exinde vectus, regni sceptrum moderanda suscepit; Post aliquot annorum apud hunc moram Hundius obiit, quo mortuo comes Sigurdus regi Olao clientelare obsequium neququam præstitit; Uxorem duxit filiam Melkolmi, regis Scotiæ, suscepitque ex ea filios, Thorfidum, Comitem Sigurdum seniore, Sumarlidium, Brusium & Einarem. Quinque post obitum regis Olai Tryggvii hyemibus, ivit in Hiberniam Comes Sigurdus, filiosque natu majores ditioni præfecit, Thorfinnum in Scotiam ad avum ipsius maternum regem Scotiæ misit & itinere nondum exantlato in prælio Brianico cecidit; Quod cum in Orcadibus audiretur, filii ipsius Sumarlidius, Brusius & Einar, Comites constituti, insulas in tres partes inter se dividerunt. Eo, quo cadebat pater, Comes Sigurdus, anno, filius Thorfinnus quinquennis erat; Verum rex Scotiæ, cæde Comitis audita, cognato Thorfinno Katanesum & Sudurlandiam, unacum Comitis titulo concessit & viros, qui eum in regendo juvarent, tradidit. Comes Thorfinnus omnibus animi corporisque viribus cito maturus, quævis cepit

grimmr oc forvitr. Þeir brædr *Æinarr* oc *Brusi* varo olíkir í scaplýndi. *Brusi* var fainsmadr mikill oc vitr, málsniallr oc vinsfæll. *Æinar* var stirdlátr oc fálatr, ópýdr, ágiarn, oc hermadr mikill. *Sumarlipi* var líkr *Brusa* í scaplyndi oc var hann ællztr oc lifpi scæmst þeirra brædra; hann varð sótttaudr. Æptir andlát hanz talpi *Þorfinnr* til síns luta *Orcnæyia*, því at *Þorfiþr* hafpi *Katanæs* oc *Sudrland*, þat ríki er átt hafpi *Sigurdr* fádír hanz oc talpi *Æinarr* þat mýclo meira enn þridiung *Orcnæyia* oc villdi hann eigi unna *Þorfinni* sciptis, enn *Brusi* let uppi scipti fyrer sína hönd oc vil ec segir hann ecki ágyrnaz at hafa meira af landi enn þann þridiung er ec á at retto. Þa tok *Æinarr* under sic tva luti æyia. Giördist hann þá ríkr madr oc fiölmennr; var hann opt i hernadi á sumrum oc hafpi utbod mikil fyrer landi, enn allmísiast var til fengiar í víkingunne. Þá tok buendum, at leidaz þat starf, enn iarl hellt fram med frækiu allum álagum oc let æyngum manni hlýda motí at mæla. Hann var hinn mesti ofstopa madr. Þa gerdiz í æyionom hallæri mikit af starfi oc fekoftnadi þeim er buendr höfpu. Æn i þeim luta lanz er *Brusi* hafpi var ár mikit oc hóglífi, buandum var hann vinsfæll.

Frá Aumundi og Þorkatli.

Madr het *Aumundi*, ríkr oc audigr, hann bió í *Hrossøy* í *Sandvíc* á *Laufandanæsi*. *Þorkell* het sun hanz, hann var allra manna giörviligastr í *Orcnæyium*. Þat var eitt var at iarl hafpi utbod sem hann var vanr. enn buendr kurrudu illa oc báru þetta fyrer *Aumunda* oc bádu hann mæla ser nockora forstöð vid iarl; hann segir at iarl er óálýdin oc qvædr ecki tíá muni at bidia sic næinna muna

cepit incrementa, vir fortis, torvus & statura magnus; Mox ubi adolevit, eum avarum, truculentum, ferocem atque sagacem esse apparuit. Einar & Brusius disparis erant indolis; hic vir erat perquam pacificus, sapiens, disertus ac populari favore beatus; ille rigidus, taciturnus, inmitis, avarus & militiae deditus. Sumarlidius Brusio quoad indolem similis natuque maximus, fratres fatis antecessit & vitam morbo finiit. Post mortem ejus in Orcadibus partem suam poposcit Thorfinnus, cum autem ipse Katanefiam & Sudrlandiam, regnum quod paruerat patri Sigurdo, teneret, id Einar multo majoris quam tertiam Orcadum partem aestimavit & divisionem Thorfinno denegavit, eandem vero ex parte sua indulgit Brusius, dicens, plus provinciae quam tertiam partem, quæ jure sibi cederet, se non avere; hinc Einar duas insularum partes sibi subjecit & dives evasit, hominum multitudine simul stipatus; æstivo sæpe tempore militiae vacavit & naves multas militibus instructas eduxit, prædandi fortuna nequaquam favente; hinc indigenas laboris istius tæduit, comes autem strictissime omnia sua imperata urgens, nullius contradictionem passus est, vir insolentissimus. Misera tunc fames insulas vexavit; in causa fuere labores & impensæ incolarum. Verum provincia Brusii annonæ felicitate paceque beata fuit; unde eum indigenæ amaverunt.

De Amundio & Thorkele.

Amundius, vir potens & opulentus, incoluit in Hrossøy, territorii Laufandanesiæ prædium Sandvik. Filius ejus Thorkell singulos in Orcadibus corporis dotibus antecellebat. Vere quodam comes, ut solitus erat, expeditionem navalem injunxit, incolæ vero murmura-
runt, Amundio hoc questi sunt & ut apud comitem quodam modo pro se intercederet, rogarunt; Respondit ille comitem intractabilem esse
&

muna um þetta, er vinatta varr iarls god at sva buno, æn mer þiki við vanda buit at ver verdum rángfátter við scaplindi hvarra tveggio; mun ec mer ongu affcripta segir hann. Þá biddi þeir Þorkel; hann var traudr til oc het um sídir við áæggian manna. Avmunda þotti hann of brátt heitit hafa. æn er iarl átti Þing, þá mælti Þorkell af hendi buanda, oc bad iarl vægia mönnum oc ræddi um naudsyn manna. iarl svarar vel oc kvad mikils virða scyldo ord Þorkells. Ec hafpa nu ætlat at hafa VI. scip or landi. æn nu skal eigi meirr hafa enn III. æn þu Þorkell bidd eigi slíkrar bónar. Buendr þaukudo væl Þorkeli lipvæitslu sína, for iarl i víking um sumarit oc apr um haustit: æn um varit eptir hafpi iarl enn utbod oc átti þing við buendr. Þorkell taladi enn af hendi buanda oc bad iarl vægia buandum. Iarl seger þá reidulíga oc sagpi at þá scyldi lutr buanda miket værfna við hans rödu. gerpi hann sic þá sva reidan oc oþan at hann mælti at þeir scyldi ecki annar hvarr eþa bádir heiler af þinginu oc sleit sva því þingi. Æn er Amundi spurpi hvat þeir iarl oc Þorkell höfdu viðmællz þa bad hann Þorkell braut fara. fór hann þa yfer á *Katanæs* til Þorfinnz iarls, var hann þar lengi oc fostradi hann iarl er hann var ungr oc var síþan kallapr Þorkell Fostri oc var hann ágetr madr. Fleyrí voro þeir rikismenn er flydo or *Orcneyiom* fyrir ofríki *Sigurdar* iarls, flydo flestir til Þorfinns iarls enn sumær til Noregs. sumir til ymiffa landa. enn er Þorfidr iarl þroskadiz, þá fendi hann bod til *Sigurdar* brodr síns oc beiddi af honom rikis þess er hann þottiz æiga i *Orcneyium*. *Sigurdr* tok því obrátt at mídla ríki sínu; æn er Þorfidr spurdi þat, þa baud hann lipi ut af *Katanesi* oc for til *Orcnæyia*, æn er *Sigurdr* iarl spurdi þat, þá samnar hann lipi oc ætlar at veria land. *Brusi* iarl samnar lipi oc ferr til motz við þá oc bar fættar ord milli þeirra; vard þat at fætt at Þorfidr skal hafa þridiung lanz i *Orcnæyiom* sva sem hann

Et se nulla conditione de hoc sollicitare profuturum; Amicitia, addidit, me, comitemque intercedens in presenti bona, periculum autem ominor, nos, diversæ quippe indolis, discordes fore; nulla hujus rei mihi erit cura. Rogarunt deinde Thorkelem; qui postquam primo detrectaverat, sollicitatus, tandem promisit. Amundio is cito nimis promississe videbatur. Cæterum cum conventum haberet comes, Thorkell pro incolis oravit Et ut iisdem parceret, rogavit, necessitatem simul exponens. Comes mite dedit responsum, seque verba Thorkelis magni æstimaturum asservit; Proposueram, addidit, hac vice sex naves educere, nunc vero tres tantum adhibebuntur; Verum tu Thorkell, ut (in posterum) talia fiant, ne petas. Incolæ Thorkeli pro ope sua gratias egerunt. Comes æstate ista piraticam suscepit Et sequenti autumno rediit; Vere autem proximo in conventu indigenarum milites adhuc descripsit; Thorkell etiam hac vice à parte incolarum, ut comes iisdem parceret, rogavit; ad quod ille iracundus, rem eorum ob ipsius preces multum detrimenti capturam respondit; Magnam eius iram Et furorem prodiderunt verba, dicentis, alterum eorum à conventu incolumem non discessurum. In memorato statu conventus solvitur. Cum autem Amundius colloquium comitis Et Thorkelis inaudiret, filium ut discederet rogavit, qui in Katanesum ad comitem Thorfinnum transiit; Moratus est ibidem diu, Et comitem, immaturæ quippe ætatis, educavit, Thorkell Fostri (nutritius) exinde cognominatus; vir clarus. Plures fuisse viri divites qui præ duriori comitis Sigurdi imperio ex Orcadibus aufugerunt, plurimi ad comitem Thorfinnum, verum alii in Norvegiam, alii varias in terras. Cæterum cum maturesceret Comes Thorfinnus nuntium misit fratri Sigurdo Et regnum quod in Orcadibus jure suum esse ipsi videbatur, poposcit. Sigurdus regnum dividendo cedere detrectavit; Quod cum audiret Thorfinnus, copias e Kataneso in Orcades eduxit; de eodem autem certior comes Sigurdus, mi-

átti at retto. æn *Brusi* oc *Sigurdr* lögðu saman sinn luta, scyllði *Einar* hafa forráð oc landvaurn fyrer þeim. æn æf misdaudi þeirra yrði, þá skyllði fá þeirra hafa ríki sem lengr lifpi. æn fá maldagi þotti eigi iafnligr. því at *Brusi* átti sun er *Rögnvalldr* het. æn *Einar* var sonlaus. fætti þa *Þorfidr* sína menn til at vardveita ríki þat er hann átti í æyiunum. æn hann var optaz á *Katanesi*. *Einar* var á sumrum í hernadi of *Irland* oc *Scotland* oc *Brættland*. Þat var eitt sumar er *Einar* iarl heriadi a *Irland* at hann bardiz i *Ulfreksfyrdi* vid *Konofögr Ira Konong* at hann feck þar ósigr mikinn oc mannlát. Annat sumar epter for *Æyvindr Urvorhorn* væstan af *Irlandi* oc ætladi til *Noregs*. æn er vædr var hvaft oc stormr mikill. Þá snýr *Æyvindr* til *Asmundarvags* oc lá hann þar um hríd. æn er þat spurdi *Einar* iarl, þá hellt hann þangat til lipi miklo, tok þar *Æyvind* oc let dræpa. æn gav grid flæstum mannom hans oc foro þeir til *Noregs* um haustit oc qvamo á fund *Olafs* konongs oc saugdo honom frá aftaki *Æyvindar*. Konongr svarar fá oc fanz þat þó á at honom þotti mikill scadi at of *Eyvind* oc miöc giört i moti fer oc um flæst var hann fámælltr þat er honom þotti moti scapi fer. *Þorfidr* iarl setti *Þorkel Fostri* at heimta saman skatta sína. *Einar* iarl kændi *Þorkatli* miöc at *Þorfidr* iarl kom í æyiarnar. for *Þorfidr* scyndeliga or æyiunum oc yfir à *Næs*; hann sagdi þat *Þorfinni* iarli at hann var þes vißs ordin at *Einar* iarl ætladi honom dauda æf eigi hefpi frændr hans oc viner honom niósn borit; Nu man ec seger hann æiga þann á baugo at láta þann verda fund ockarn iarls er umbscripti med ockr. æn þann lut at fara braut lengra oc þann oc at ecki se hans valld yfir. Jarl fyfti þess at *Þorkell* scyllði fara til *Noregs* á fund *Olafs* konongs oc væri þar um vetrinn med konongi i kiærleikum; muntu seger hann mikils virdr hvar sem þu ert eða kemr med

tignum

lites conscripsit, ditionem defensurus. Facit exercitum comes Brusius, convenit discordes, & pacem inter ipsos conciliat, ea conditione, ut Thorfinnus tertiam Orcadum partem, quæ jure illius erat, obtineret; Brusii autem & Sigurdi partes unitas Einar tueretur & externos hostes arceret; quod si fato alter alteri cederet, superstes regno potiretur; hoc vero pactum iniquum censebatur, Brusio enim filius nomine Rögnvalldus; Einar autem improlis erat. Thorfinnus suis ditionem, quam in Orcadibus habebat, tuendam demandavit, ast ipse sæpissime in Katanesia mansit. Einar æstates Hiberniæ, Scotiæ & Britanniæ arma inferendo transegit; Forte æstate quadam, cum Hiberniam infestaret & in Ulfreksfiord cum Hiberniæ rege Konofögr manum confereret, multo inferior, suorum jacturam passus est. Proxima post hanc æstate Eyvindus Urarhorn ex Hibernia in Norvegiam navigaturus, cum procellosa tempestas incideret, cursum flexit in Asmundarvagum ibique navem in anchoris tenuit, quo audito comes eodem, magno cum militum numero tetendit, Eyvindum captum occidit, plurimos vero ejus comites incolumes dimisit; Hi in Norvegiam sequenti autumno transierunt, regem Olaum convenerunt eique cædem nuntiarunt; Idem de ea pauca, quam tamen pro magno detrimento, perquam offensus, habere compertus est, plurima animo suo contraria tacens. Comes Thorfinnus Thorkeli Fostrio colligendorum suorum vectigalium curam demandavit. Comes Einarus Thorkelem in Orcades venisse Thorfinno valde imputavit, unde Thorkell ex insulis in promontorium repente transiit & indicavit comiti Thorfinno, se certum redditum, comitem Einarem ei mortem intentasse, ni cognati & amici ipsi aperuissent. Nunc, addidit, studebo, conamine qualicunque, ut in conventu meo & comitis res nostræ mutantur; fors vero erit ut longius abeam, a potestate ejus liber. Hortabatur comes ut in Norvegiam veheretur Thorkell, regem Olaum conveniret, & apud eum, amatus, hyemaret; Ubicumque, ait, degeris, vel veneris,

tignum mönnum. æn ec væit bæggia yckar scaplyndi þitt oc iarls at þit monud scamma stund - - - - til. bioz þá Þorkell oc for um haustit til Noregs á fund Olafs konungs oc var þar um vætrinn med Olafi konongi i kærleikum miclom; hafpi hann Þorkel miöc vid mál sín; Þótti honom, sem var, Þorkell vitr madr oc scaurungr mikill; fann konongr þat miöc í redu hans at hann misjafnadi miöc fráfögn um iarlana oc var vinr mikill Þorfinnz. æn lagpi fep á Einarr iarl. æn snemma um varit fendi konongr scip væstr um haf á fund Þorfinnz iarls oc ordfending at iarl scylldi koma á Konings fund, æn iarl lagpiz æi under höfut færdina, þviat vinattumál fylgdu ordfending.

Frá Þorfinne.

Þorfinnr fór austr til Noregs oc kom á fund Olafs konungs. fær þar góðar vidtakr; dvaldiz þar lengi um sumarit; en er hann biöz væstr, þa gaf Olaf konongr honom lánscip mikit oc gott med allom reida. Þorkell Fostri rep þá til ferdar med honom oc gaf iarl honom þat scip er hann hafpi væstan haft um sumarit; scildust þeir konongr oc iarl viner med kærleikum miclom. Þorfinnr iarl kom um haustit til Orknæyia. Æn er Einarr iarl spurdi þat, þá hafpi hann fiölment oc lá á scipum. Brusfi iarl for til fundar vid þá báða brödr oc bar sætt í millum þeirra. Kom enn sva at þeir sættuz oc bundu þat æidum. Þorkell Fostri scylldi þá i sætt vera oc vinattu vid Einarr iarl oc var þat mællt at hvar þeirra scylldi auþrum væita væitzlu oc scylldi iarl fyrri fækia i Sandvíc til Þorkells. æn er Einarr var þar á væitzlu, þa var þar væitt hit kappfamligsta. Jarl var ecki kátr.

apud nobiles magni aestimaberis, nosco autem utriusque, tuam & comitis indolem, vos non diu Thorkell igitur paratus & autumnno in Norvegiam delatus, regem Olaum convenit, & apud eum hyemavit, & ab eo, gratia ipsius valens, ad consilia plurima adhibitus est; censuit enim Comes, quod & vere, ipsum esse virum sapientem & gravem; collegit ex colloquio disparem ejus de comitibus relationem; amicum esse infucatum Thorfinni, verum Einarem & ipsum similtates intercedere; primo autem vere rex navem occidentem versus ad comitem Torfinnum misit cum nuncio ut ad se veniret, comes vero iter non neglexit, nuncius enim ad jungendam amicitiam incitantia verba ferebat.

De Thorfinno.

Thorfinnus orientem versus in Norvegiam delatus, regem Olaum convenit, apud quem, humaniter exceptus, diu aestatis moratus est. Verum ubi iter occidentem versus parat, rex ei navem longam, magnam bonamque, cum universis armamentis donavit. Comes Thorkelem Fostrium se comitaturum, navi, qua ea aestate ab Orcadibus vectus fuerat, donavit. A rege, inter summa utrinque amicitiae documenta discessit & autumnno in Orcades venit; quod cum audiret comes Einar, multitudine stipatus in navibus excubabat. Comes Brusius, pacem impetraturus, ambos fratres convenit, unde adhuc effecit ut compositam pacem juramentis stabilirent; Thorkell nutritor pace amicitiaque comitis Einaris fruereetur, pacto addito, ut alter alterum convivio exciperet & quidem Thorkell comitem in praedio Sandvica prius; qui inter lautissimum ibidem convivium tristis erat. Triclinium foribus in utraque extre-

kátr. Þar var scali mikill oc dyrr á bádum endum. Þann dag er iarl scylldi braut buaz þá scylldi Þorkell fara med hönum til væitzlu. Þorkell fender menn á hniofn fram á væigin þar fem þeir scylldu fara um dagin; æn er þeir qvamo aptr, þá sögðu þeir at þeir fundu þar þrennar fátir oc vapnada menn, oc hyggiu ver þat fát at fægia at svik munu vera. Æn er Þorkell spurði þetta, þa frestadi hann buninge oc heimti at fer menn sína. Jarl bat hann buaz; qvat mál at ríða. Þorkell segir at hann ætti mart at annaz; hann geck stundum ut, æn stundum inn. Æll-dar varo á golfino; þá geck Þorkell inn um adrar dyrr oc eptir honom madr austfyrdskr at ætt, Islændskr oc het *Hallvardr*, hann lauk aptr hurdinne. Þorkell geck innar mille ældzins oc þess fem iarl fat. Jarl spurði: ertu nu buinn? Þorkell sægir: nu er ec buinn; þá hió hann til iarls i höfupit oc steyptiz|han fram á golfit. Þá mælti Þorkell; her fá ec alla vesta fángaráds er þer dragit eigi iarl af ælidinom; hann kiærði til spaurdu oc kærði under hnacka bæinit iarli oc kipti honom upp at pallinom. Þorkell oc þeir förunautar gengu þá ut scyndiliga um adrar dyrr enn þeir gengo inn, stódo þar uti menn Þorkellz med alvæpni; enn menn iarls tokó til hans oc var hann þa daudr; enn allom felluz hændr til hæfnda, var þat oc brádum bar oc vardi æyngann mann þessa værks af Þorkatli; voro menn oc flæstir vapnlausir inne, æn margir ádr vinir Þorkells godir; bar þat til med audnu þeirri at Þorkatli vard audit længra lífs, fór Þorkell þá til scips síns, æn iarlsmenn i brott. Þorkell sigldi þá daga þegar austr i haf oc var þat epter vetrnætr, oc kom hann med heilu til *Noregs* oc for þegar á fund *Olafs* konongs oc feck þar godar vidtaukr, let konungr yfir þessu verki væl. Var Þorkell med konongi um vetrinn.

mitate instructum. Die quo iter pararet comes, Thorkell eum ad convivium comitaretur. Is speculatores in viam qua irent misit, qui reversi, tribus locis armatos insidiatores se invenisse nuntiaverunt, fraudem subbessè pro certo asserentes. Caterum cum hæc audiret Thorkell, iter parare differens, suos accersit; comes ut itineri se accingat rogat, dicens tempus addesse quo equitarent, cui ubi Thorkell sibi multa curæ esse respondit, nunc egressus, nunc ingressus est; foci in pavimento accensi. Thorkell exinde per alias fores ingreditur, & ipsum secutus ex orientali Islandiæ quadrante oriundus vir, nomine Hallvardus, januam clauserat, inter ignem sedemque, in qua comes, introgressus, quærenti an paratus esset, affirmat, ac ejusdem caput cædit, ut in pavimentum prouerret; Tunc Thorkell; heic vidi omnes ad repentinum actum tardissimos cum ex igne comitem non eripiatis. Tigillum exinde arreptum occipiti supposuit & comitem ad pulpitum raptim extraxit; cum comitibus deinde, alias per fores quam ingressi erant cito exiit; extra has asseclæ ejus armati steterunt. Comitem autem domestici assumerunt exanimatum; ast omnes, stupefacti, manus ab ultione abstinere; facinus, momento quippe patratum, a Thorkele nemo speravit; plurimi quoque intus inermes; multi vero antea ejus amici. Contigit hoc fato Thorkeli longiore vita frui. Hic dein ad naves suas se contulit, comitis autem asseclæ abierunt; Thorkell sequentibus statim diebus, post initium licet hyemis alto se commisit & in Norvegiam sospes delatus regem Olaum confestim convenit, humaniter exceptus hocque facinore gratior, apud eum hyemavit.

Frá Jarli.

Eptir fall *Einars* iarls tók *Brusi* iarl þann luta lanz er áþr hafði haft *Æinarr* iarl; því at þat var með margra manna vitni með hverium scildaga þeir *Einarr* oc *Brusi* hafðu felag gert. Þorfinni þótti þat rettað at hálfar æyiar hefði hvarr þeirra; æn þó hafði *Brusi* þann vetr tva luti lanz. Æptir um varit kallar Þorfinnur til lanz vid *Brusa* at hann vill hafa helming, æn *Brusi* gallt eigi iáqvæði til þess, áttu þeir þing oc stæfnr at þessum málum; gengu þá til viner þeirra at semia þetta mál oc kom sva at Þorfinnur let sér ecke annat líka ænn hann hefði helming æyia. *Brusi* segir. ec unda at hafa þridiung æyia þann er ec tok i faudr arf minn, kalladi oc æingi til i hendur mer; æn nu hefi ec tekit annan þridiung í arf eptir brodr minn at rettum máldaugum; æn þo at ec sé vanfær til at dæila kappi vid þic broder, þá mun ec þó annars í læita enn iáta undan mer land eda ríki at sva buno. Þeir scylldu sva málstæfnu þessa. Æn er *Brusi* sá at hann myndi eigi hafa afla til at standa iafnfætis vid Þorfinn, því at hann hafði miklu meira ríki oc þó af Skotta konongi traust modr fedr sínum; þá red *Brusi* þat af at fara or landi austr á fund *Olafs* Noregs konongs oc hafði með sér *Rögnvald* son sinn; var hann þá X vetra; æn er iarl hitti konong þá tok hann vel vid honom; æn er iarl bar upp æyrindi sín fyrer konongi oc segir allan mála vöxt þann sem var með þeim bræðrum oc bad konong væita sér styrk til at hallda ríki sínu, baud fram þar í mót fullkomna vináttu sína. Kongr svarar oc tok þar fyrst til máls er var *Havalldr* hinn hárfagri at hann hafði eignaz ódul aull i Orcnæyium, æn iarlar hafðu opt haft laund þau sípan sem at leni æn alldrigi at æign; æn þat er til iarteina segir hann, at þá er *Æivíkr Blóðæyx* oc syner hans varo
i Orc-

De Comite.

Post cædem comitis Einaris, provinciam quæ ejus antea fuerat comes Brusius occupavit, pactum enim communionis multi testes audiverant; Thorfinnus justissimum censuit dimidium insularum quævis obtinere, Brusius tamen nihilo minus ea hyeme duas partes retinuit; vere sequenti dimidium insularum a Brusio exposcit Thorfinnus, ille vero denegavit; circa litem hanc conventus in foro indixerunt, ad eandem vero compeſcendam comitum amici intercesserunt, ast sine fructu, nam Thorfinnus eo solum contentus fuit, quod dimidio insularum potiretur. Ad id Brusius; contentus, inquit, eram triente insularum, quem pater mihi reliquit & nemo aume exposcit, nunc vero alter, juxta pactum justum hæreditas mihi a fratre venit; quævis autem, frater, te cum certando impar sim, attamen, ne provinciam vel regnum in statu præſenti abalienem, tentabo. His dictis conventui finis. Cæterum cum Brusius sibi vires Thorfinno, is quippe regnum habebat multo majus & avo suo regi Scotorum confidebat, pares, deesse animadvertet, consilium cepit, ut, relicta patria, orientem versus in Norvegiam vectus, regem Olaum conveniret, adducens secum filium, decem tunc annos natum, Rögnvalldum. Verum, ubi regem convenit, benigne excipitur, ei negotium ac statum controversiæ inter se & fratrem exponit, ejusque ad retinendum regnum open implorat, integram suam amicitiam auxilii loco promittens. Cum responderet rex, ab Haralldo pulchricomo orsus est, eum scilicet proprietatis jure omnes in Orcadibus fundos acquisivisse, Comites autem sæpe postmodum earundem præfectos, nunquam vero possessores extitisse; cæterum, inquit, argumento est, quod cum Ericus Blodöx, cum filius, in orcadibus maneret, comites iis obsequium debebant. Cum Olaus Tryggvii eo veniret,

i Orknæyium, varo iarlar þeim lydscylder; oc er *Olaf Tryggvason* frændi minn kom þar, þa gerdiz *Sigurdr* iarl fader þinn hans madr. Nu hæfi ec tækit æptir *Olaf Tryggvason* allann arf. Nu vil ec gera þer þann kost at þu geriz minn madr, mun ec þá fá æyiar þer i len, skal ec þá fræista, ef ec væiti þer minn styrk, hvart betr skal at halldi koma eða *Þorfinni* brodur þinum styrkr eða traust Scotta konungs. Æn ef þu vilt eige þenna kost, þá mun ec epter leita þeim eignum eða óþalum er vorer frændur hafa haft eða átt vestr þangat. Þessar rödur hugfesti hann med fer oc bar fyrer vini sína, leitadi hann þá ráds vid þá hveriu hann scylldi iáta hvart hann scylldi at þessu sættaz vid *Olaf* konong og geraz hans madr, æn hitt er mer ófynna hver minn luti verdr at scilnadi varum æf ec qvæd næi vid; því at konongr hæfir bært gört tilkallit at hann þyckiz æiga æyiarnar, æn vid storrödi hans oc þat at ver erum her komnir, þá mon honon lítit fyrer at gera þat af minum kosti sem hann vill; æn þò at iarli þotti á hvaru tveggia anmarki, þá tok hann þann upp at leggja allt á konongs valld bedi sic oc ríki sítt, tok þa *Olaf* konongr vald af honom yfir allom ærfda landom sínum, gerdiz iarl hans madr oc batt þat swardaugum.

Þorfidr iarl spurði er *Brusi* brodir hans var farinn austr á fund *Olafs* konungs at sækia traust af honom; æn fyrer því at *Þorfidr* hafði farit fyrri á fund *Olafs* konungs oc komit fer þar i vinattu, þá þottiz hann þar æiga vel fyrir buit oc vissi at þar mundu margir flytia hans mál, gerir *Þorfidr* þat ráð at hann býr ferd sína sem skyndiligaz oc for til *Noregs* oc ætlar at sem minstr scylldi værþa misfari þeirra brædra oc ækki scylldi hans æyrindi til lykta komit ádr *Þorfinnr* hitti konong, æn þat vard á annan væg enn iarl hafði ætlat, því er *Þorfidr* iarl kom á fund

Olafs

ret, Comes Sigurdus, pater tuus, ei se submitit; tota hereditas ab Olao Trygvii mihi obvenit; dabo tibi conditionem ut clientem meum te profitearis, quod si feceris, insulas, fevdum tibi concedam, experturus, modo opem tibi feram, utrum mea tibi, an Thorfinno fratri tuo regis Scotiae ops & subsidium magis conducat. Verum si conditionem hanc rejeceris, possessiones sive fundos cognatorum nostrorum occidentem versus recuperare tentabo. Sermonem hunc meditatus Comes, amicis aperuit & consilium quodnam affirmaret expetiit; an regi Olao lubens se submitteret; ast, addidit, in dubium revoco qualis status fiat rerum mearum discessuri, modo recusaverim, rex enim insulas se jure repetiturum declaravit; verum propter magnas ejus vires, praeter quod huc venimus, rem meam pro lubitu mutare non gravabitur. Caeterum licet Comes utramque difficilem censeret, in conditionem tamen, omnia se nempe & regnum regi submittendi descendit; quo facto, singulos fundos hereditarios regi dedit eique juramento se addixit.

Audiit Comes Thorfinnus fratrem Brusium regem Olauum conveniendi causa, opem ab ipso impetraturum, orientem versus profectum esse; propterea autem quod regem prior inviserat, ibidemque amicitiam sibi consiliaverat, rei suae bene provisum eandemque a multis procuratam fore existimavit; Consilium cepit iter quam citissime instituendi inque Norvegiam eundi, censens temporis intervallo non multum discrepare iter fratris, nec ejus negotium peragi ante quam ipse regem conveniret; ast spes eum fefellit, nam cum regem conveniret, pactum inter illum & comitem

Pat var eitt sumar er *Wilhialmr* biskup sigldi austr til *Noregs* nockura naudsynia, oc þegar heim um haustit, oc kom nær vetrnottum til *Hialtlands*. Þá lögduz á andvidri oc stormar. Enn er lengi vetrar gaf ei birr til eyianna, þá örvænti Biskup, at hann mundi koma til stols fins firir vor. Styrimadurinn spurdi, ef hann villdi samþyckia helgi *Magnus* iarls, ef hann syngi messo inn næsta drottins dag heima. Biskup samþyckti þessu at kalla oc meir af naudsyn, enn af aheiti. Enn er þetta var iatad, þá kyrði vedrattu oc gaf brátt bir hagstædan, oc sídan sigldu þeir til *Orkneyia*, oc kom hann heim en næsta drottinsdag, oc lofudu allir Gud oc hanns enn helga píslarvott *Magnus* iarl. Nockurer menn sanna þat, at *Willhialmr* biskup samþyckti ei fyrr at taka or iordu helgann dom *Magnus* iarls, enn fá atburdr vard þar heima einn dag at hann matti ei ganga or kirkiu, því at hann var ordin blindr oc fann ei dyrnar, þar til er hann idradiz ótru sína, oc gret ákaflega oc bad Gud

(*) *Ex compendio historiae sancti Magni, quod est bibliothecæ Suhmianæ.*

*lari adeo auxilio gratias agentes. Omnes etiam talia mi- A. D.
racula audientes, verum Deum, qui tanta hominibus pecca-
toribus, propter preces & merita dilectissimorum suorum
amicorum dat, multiplicibus laudibus celebranto.*



Miracula Comitis Magni.

Episcopus Wilhelmus æstate quadam, negotia quædam ex-
pediturus, in Norvegiam orientem versus forte navigavit, &
domum autumno reversus, circa initium hyemis, Hialtlandiæ
oris appulit; tunc adversi venti & tempestates supervenere; ve-
rum cum diu hyemis venti in insulas secundi non flarent, dubita-
vit episcopus se ante ver ad sedem suam venturum: Gubernator
num sanctitatem comitis Magni, si proxime sequenti die domini-
ca missam domi celebrare contigerit, approbare vellet. Epi-
scopus huic verbo tenus consentat, necessitate magis quam
voto inductus. Cæterum cum votum hoc nuncupassent, se-
data tempestate, auraque flante secunda, in Orcades navi-
gant; venit domum ante proximam diem dominicam; lau-
dabant omnes Deum & sanctum ejus martyrem Comitum
Magnum. Sunt qui testantur, episcopum Wilhelmum, ut
transferrentur Comitis Magni sacræ reliquiæ, non prius pro-
basse, quam accideret die quadam domi, ut templo, quoniam,
excæcatus fores invenire nequivit, egredi non possit, donec
incredulitatis pœniteret, graves funderet lacrymas, deumque
oraret

A. D. Gud at hann mætti hitta leidi *Magnus* iarls, oc er hann kom þar, fell hann allr til iardar, oc het at taka þegar or jördu helgann dom hans, er hann fengi fýn sína. Oc er hann lauk bæn sinni, feck hann fýn sína þar vid leidit.

Capitulum.

Epter þat samnadi hann saman enum vitruztum mönnum oc enum göfguztum i *Orkneyium*, oc kom þá mikill mannföldi til *Kristzskirkio* i *Byrgisheradi*. Var þá tekinn or jördu heilagr domr *Magnus* iarls, oc voro þá miök komin upp beinin or jordu. Hann let þva beinin, oc taka köggul, oc reyndi i vigdum elldi þrifvar. Enn hann brann ei, helldr vard hann sem brennt silfr. Þat er sumra manna fögn, at hann rynni i kross. Þá gerdiz þar margar jarteiner af helgumdominum. Sídan toko lærder menn helgann domin oc lögdu in skrín, oc settu yfer altari. Þat var *Lucie* messo fyrir Jol, oc voro þá lidner XX. vetr fra lífláti *Magnus* iarls. Líflátsdagr hanns er halldinn um vorit XVI. *Kalendas Maii*. *Wilhialmr* biskup baud þá heilagt at hallda hvarntveggia dagin um allt sitt biskupsdæmi, oc hann var sídan i mikilli ástúd vid enn helga *Magnus* iarl. *Wilhialmr* var fyrstr biskup i *Orkneyium*, oc rikti LXVI. vetr.

Capitulum.

Gunni het bondi skilgodr i *Vestrey*, hann dreymdi at hinn helgi *Magnus* iarl kæmi til hanns, oc mælti: Þat skaltu segia *Wilhialmi* biskupi, at ek vil fara bort or *Byrgisheradi*
austr

oraret ut sepulchrum Comitis Magni invenire liceret, quo A. D.
ubi venit, humi totus procumbens, mox, si visus sibi resti-
tueretur, sacras illius reliquias se effossurum promisit; &
finita prece, apud tumulum, lucis usura ei reddita est.

Caput.

Convocat postea sapientissimos & nobilissimos in Orcadibus viros; hominum magna multitudo apud templum Christi in provincia Birgenfi congregatur. Nudantur sepulchro sacræ reliquiæ Comitis Magni, ossa ex superficie fere surrexerant; hæc lavari facit & nodum articulorum assumi, igne sacro ter probari, ast non comburitur, verum argentum defecatum representavit. Dicunt quidam eum liquefactum & in crucem transformatum. Multorum præterea miraculorum causa sacræ reliquiæ extiterunt; has exinde viri docti assumtas scrinio incluserunt, quod super altare collocarunt; erat in festo Luciae ante tempus Julense, viginti post cædem comitis Magni annis. Dies ejus emortualis XV. Kalend. Maii tempore verno festus habetur. Fuit episcopus Vilhelmus in tota sua diœcesi utraqve die feriarentur, & comitem sanctum postea multum sibi favere expertus est. Fuit Vilhelmus primus Orcadum episcopus, annis sexaginta sex.

Caput.

Gunnius nomen erat incolæ Vestreyæ honesto; apparuit ei per somnium sanctus Magnus comes, sequentia fatus; dic episcopo Vilhelmo me ex provincia Birgenfi abire velle Kir-

A. D. austr í *Kirkiovog*, og trúi ek því at Guð mun þar veita mér miskun, at þeir munu verða heilir meina, þeir er minn fund fækia með rettri trú; þu skalt segja draum þinn diarfléga. Enn er hann vaknadi, þordi hann ei at segja draumin, þvíat hann ugdi reidi *Páls* iarls. Næstu nött epter fyndiz honum *Magnus* iarl oc bad hann segja þá draumin er flester veri vid. Enn ef þu gerir ei sua, þá muntu taka viti a þer þessa heims, enn meira annars heims. Ok er hann vaknadi vard hann ottafullr, oc for til *Hrosseyiar* a fund biskups oc sagði draum at biskups messo í miklum mannfjölda, þar var þá *Páll* iarl, oc bad öll alpyða at biskup ferdi helgan domín í *Kirkiovog*, sva sem *Magnus* iarl hafði vitrat. Enn *Páll* iarl þagði hiá oc fetti dreyr raudan. Sidan for *Wilhialmr* biskup austr í *Kirkiovog* [med virduligu föroneyti, oc flutti þangat helgan dom *Magnus* iarls, var skrínit sett yfer altari í kirkiu þeirri sem þá var í *Kirkiovogi* kaupstaðrinn var lítt hufadr oc hefer hann miök síðan eflz. For þangat síðan marger menn oc vöktu þar í kirkiu at helgum dominum, oc fengu bot meina sinna, ef hetu a *Magnus* iarl með rettri trú.

Caput.

Madr het *Elldjarn* oc var *Varda* son, hann atti kono oc mart barna, oc bió norðr í *Kelldubverfi*. Enn í hallæri miklu þá vard hann fátækr oc vanheilsu fullr, sva at hann mátti ei sialfbiarga verða, oc með sva litlum mætti vard hann, at hann mátti ei ganga, oc var ekit milli bæia. Þat var epter

Páfka

kiuvogum, ubi Deum gratiam, quod scilicet dolores sanentur eorum qui ad me vera fide veniunt, mihi exhibiturum credo. Somnium tuum audacter exposito. Cæterum expergefactus, somnium narrare non ausus est, iram enim comitis Pauli metuebat. Nocte proxime sequenti comes Magnus ei apparuit, jubens ut, quam plurimis præsentibus; somnium patefaceret; Quod, inquit, si non feceris, pœnas quidem in hac, majores vero in altera vita, lues. Verum somno excitatus & metu perculsus, episcopum, Hrosseyiam eundo, convenit, & ab eodem missa celebrata, somnium, præsentem hominum multitudine, coram edixit; hinc, adstante comite Paulo, tota plebs episcopum, ut sacras reliquias, quemadmodum jussèrat per somnium Comes Magnus, transferret, rogavit; Ast Comes Paulus, audiens, tacuit & sanguineo perfusus est rubore. Ivit exinde episcopus Vilhelmus orientem versus Kirkiuvogum conspicuo cum comitatu, eodemque sacras reliquias comitis Magni devexit; scrinium super altare in templo, quod tunc erat Kirkiuvogi, collocatum est. Oppidum, cujus pauca erant domus, insigne postmodum cæpit augmentum. Iverunt eo postea multi & in templo apud sacras reliquias vigilarunt, sique vera fide comiti Magno vota facerent, sanati sunt.

Caput.

Erat quidam nomine Elldjarn Vardi filius, habebat cum uxore multos liberos & in tractu Kelldensi septentrionem versus habitabat; Gravi vero grassante fame ad paupertatem redactus, ægrotaret adeo ut sibi ipsi non sufficeret, exigua adeo ejus vires ut incedere nequivet & inter villas traha

A. D. Páfka um vorit at hönum var ekit vattdag oc föstodag oc laugardag, oc hafdi enga-fæzlu, hann kom at noni laugardag þar sem prestur bio, oc var þar um nottina, oc um morginin er menn fóru til ottuföngs, bad hann at hann skyldi bera til kirkiu, oc þat var gert. Epter óttuföngin fóru menn inn milli tíða, enn hann lá uti þar sem um hann var buit. Var hann þá svo máttitill, at hann ætladi þá mundu yferlyka, honum kom þat oc i hug hverr verit hafdi fyrr hagr hans, þá er hann átti vel fé; Þetta allt saman oc bæn sú er hann badz fyrir fell hönum svo nær, at hann komz við miök, þá tok kann oc het VI. dægra föstu, ef Gud gæfi honum nockurra heilsu. Þeirri föstu het hann bædi fyrir *Olafs* messu oc *Magnus* messu. Þá er hann hafdi mælt fyrir heiti síno, fóru menn til tíða oc söng prestur til messu. Þá er lesinn var pistill, sofnadi hann, enn þeir er hiá voro, hugdu hann andaz mundu. I svefninum bar sýn fyrir hann, at hann þottiz síá lios mikit innar i sönghusit, enn þat fór utar til hans, hann sá með liosinu mann frídann oc sá mælti til hans. *Elldjarn* kvad hann, máttu lítit nu? hann þottiz suara svo þicki mer, enn þo má vera at þat sé ei. Enn hver ertu, hann svaradi: her er enn helgi *Magnus* iarl *Erlendz* son; villtu heill verda. Hann svaradi: villda eck; *Olafur* konungr enn helgi heyrði bæn þína, oc heit þat, er þu hetz á ockr til heilsu þer; Enn hann sendi mik hingat at gefa þer heilsu, því at kona het á hann vestr i fiördum, oc fór hann þangat at gera hana heila. Þá tok *Magnus* iarl at fara höndum um hann. Enn hann vaknadi þá er upp var hafit gudspiall, hann mælti við þá menn er nester voro, at þeir reisti hann upp, enn þeir svaradu: hvi mundu ver reifa þick upp er þu mátt því ecki, hann svaradi:

ek

gestaretur. Fuit vere post festum Pascatos cum die Jovis, veneris & saturni, esca omnino carens, portaretur; venit circa Nonam diei saturni in prædium quod incolebat sacerdos ibique pernoctavit; mane sequenti cum ad cantum mututinum (hora nona) ivent, rogavit ut ad templum portaretur, quod & factum. Finito cantu, donec sacra rursus celebranda erant, habitaculum ingressi sunt, ille autem in strato lectulo recubabat, tunc viribus adeo destitutus ut se moriturum putaret; pristinum etiam suum, cum dives erat, statum in mentem revocavit; hæc omnia & preces, quas fundebat eum adeo movebant ut perdoleret; hinc consilium cepit, sex semidierum jejunium, si Deus ei sanitatem quandam daret, voti; hoc & ante Olai & Magni festum promisit. Cum votum oratu nuncupaverat, sacra frequentantibus, sacerdos missam celebraturus cecinit; lecta epistola, somno sepultus est æger, adstantes vero moriturum putarunt. Per somnum visio ei apparuit, lumen nempe magnum inter canentes, quod ad eum delatum; sequebatur lumen vir venustus, qui ipsum alloquebatur; Elldjarn, quærit numquid parum nunc reviscis. Mihi, quidem, respondet, videtur, forsitan tamen non est; Verum, interroganti quis esset, responsum dat ille; hic est sanctus Comes Magnus Erlendi filius, an vis tibi restui; volo, regevit; Sanctus rex Olaus exaudiit preces tuas & votum quod nobis in tui sanationem nuncupasti, ast me huc ad dandam tibi salutem misit, mulier enim occidentem versus in Sinibus ei votum fecit, unde illuc ipsi sanitem redditurus ivit. Cæpit, his dictis, Comes Magnus manibus eum contrectare, verum cum evangelium recitaretur expergefactus Elldjarn, sibi proximos, ut ipsum erigerent, rogavit; illi autem respondebant; cur te tollevimus stando imparem; ad

A. D. ek ætla mik nu heilann. Þeir tóko til hans og reistu hann á fætr, og stóð hann um allt gudspjallit og sva um alla mæfuna þáðan í frá. Epter meflo geck hann innar at presti og sagði jarteinina, hverfu hann hafði gefit hönum heilsu. Enn allir lofudu Gud fyrir þa miskunn er hann þeim veitti fyrir verdleika ens helga *Magnus* iarls; Hann árne ofs miskunnar og syndalausnar við drottinn varn *Jesum Christum*, er með fedr og helgum anda lífer og ríker Gud um allar allder amen.



hæc Elldjarnum, Janum se sibi videri asserentem, elevarunt, A. D. qui deinde evangelium & totam subsequentem missam stans audivit. Post missam sacerdotem accessit, miraculum patefecit quo modo salus ei data fuerit. Omnes autem pro gratia, quam propter merita comitis sancti Magni exhibebat, laudavunt Deum. Conciliet nobis gratiam & peccatorum remissionem apud Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus per omnia secula amen.



Seqvens
DIPLOMA

Exscriptum est

ex

JAM. WALLACE'S Account of the Islands
of
ORKNEY.

Quoniam inter ceteras fluctuantis seculi curas & sollicitudines, pen- A. D. 1403
fata temporum, morum ac hominum in hac lacrimarum valle,
labilitate & brevitate, testante venerabili illo Cronographo *Martino*,
Domini nostri pape Penetentiario & Cappellano, necesse videtur de
congruo extrahere progenitorum, regum, principum & aliorum pre-
clarorum genelogias per quas mundus iste transitorius regitur, Reges reg-
nant & principes gubernant signantque; in deduccionem & agniccionem
veritatis, quo ad eorundem successione[m] veresimiliter evenire speratur.
illustri ergo & excellentissimo Domino nostro, principi supremo, Nor-
wegie regi, suisque successoribus, satrapis, patriciis, consulibus & pro-
ceribus dicti regni, *Thomas* Dei & Apostolice sedis gracia Episcopus
Orcadie & Zetlandie, Canonici Ecclesie Cathedralis sancti *Magni* Marty-
ris gloriosissimi, legifer, ceterique; proceres, nobiles populus ac com-
munitas ejusdem, gracia, pax, caritas, gaudium longanimitas, miseri-
cordia a Deo patre omnipotente & a Jesu Christo in Spiritu sancto.
In omnibus vobis per quem reges regnant & in cujus manu corda
sunt regum cum omni subjectione, humilitate & obediencia prompti &

Z z z

parati

A. D. parati vestram in Jesu Christi visceribus zelantes & ficientes salutem in caritate non ficta. Requirentes ut in dicendis in nostra simplicitate vestra suppleat regia sublimitas, & quia scimus firmiter & longi temporis spacio, efficax rerum magistra, nos experientia docuit, quod in dubium non revocamus qualiter erga Comites Orcadie, regalis ipsa sublimitas, zelum semper exuberantem exercuit, quamobrem firmam spem gerimus, plenamque fiduciam obtinemus quod illa regia majestas verba nostra benigne recipiat, diligenter intelligat & effectivè prosequatur, ut infra pectoris claustrum solcite considerare convenit ipsa regia sinceritas & diligenter attendere, quod adulatorium vestre serenitati aliquid non scribimus, quod secundum *Petrum Blessensem* in suo prologo canentem, olei venditores esse non intendimus, sed patefactiones veritatis.

Ergo arbitramur pium esse & meritorium, testimonium perhibere veritati ne veritas occulcetur, presertim illa perquam innocenti possit prejudicium generari, & cum uterque reus est qui veritatem occultat & mendacium dicit, quia ille prodesse non iste nocere desiderat, quod a nobis Deus avertat, potissime cum in dicendis per quondam recolende memorie *Erici* vestri predecessoris regis nostri admoniti patientes literas fuisset testimonium perhibere veritati prout lacius in sequentibus patebit. Hinc est quod nos *Thomas* Episcopus, Capitulum, Canonici, Legifer ceterique proceres, nobiles, populus, communitas sive plebei antedicti, coram Deo in fide ac fidelitate quibus vestre regie Majestati tenemur astricti fideliter attestamus & ad perpetuam rei memoriam deducimus fidemque facimus vobis & omnibus presentibus & futuris. Jesu Christi fidelibus sancte matris ecclesie filiis in forma & effectu subsequenter. Coram nobis congregatus, comparens magnificus & præpotens Dominus, Dominus *Willielmus* de Sancto Claro Comes Orcadie

Orcadie Dominus le *Sinclar* in ecclesia Sancti magni martyris in Orca- A. D.
 dia proposuit in hunc modum; supposuit enim quod nobis bene & ad
 plenum cognita res fuisset, quo modo magnis retroactis temporibus an-
 tecessores sui & progenitores ac ipsi Orcadie comites iuste ac iudice, incon-
 cussè, linialiter & gradatim jure hereditario comitatui Orcadie superdicto
 successerant ac illam per tempora magna & longeva nulla aliena gene-
 ratione interveniente, quietissime possederant. Et qualiter diverse carte,
 evidencie, instrumenta libri censualis & alia diversa probationum gene-
 ra fuerant igne consumpta, deperdita & alienata, hostilitatis tempore
 & gverrarum, emulorum inimicorumque nonnullorum, defectu & carencia
 firmissime domus seu municionis inexpugnabilis ubi hujusmodi collocarentur;
 subjunxit idem Dominus Comes quod habuit literas quondam supremi
 Domini nostri Regis *Erici* illustris, Patentes, quas nobis ostendit & per-
 cepta continentes subsequencia, scilicet quodsi quis nostrum habuerit vel
 qui habuerint aliquas cartas, evidencias, cirographa, instrumenta, mu-
 nimenta, codicillos, acta vel privilegiorum literas ad progenitores an-
 tecessores vel ad se spectantes, dictumque suum comitatum concernen-
 tes, quod indilate & sine mora aut contradictione seu obstaculo quibus-
 cunque eidem Domino Comiti deliberaret vel deliberarent, secundum
 quod ipsius Domini nostri Regis evitare velimus indignacionem. Vir-
 tute quarum literarum sicut eadem comitis continebat propositio nos
 requisivit ut si de hujusmodi antedictis munimentis, aliqua habuissimus
 in nostris scriniis, Apothecariis, Thecis, Cistis, Archivis seu cartophi-
 laciis, quod ipsam sibi deliberaremus & in casu quo non habuerimus,
 sed sciremus ab aliis ea haberi quod sibi intimaremus & revelaremus.
 Et si nec unum nec reliquum sciremus, tunc nos requisivit earundem
 literarum autoritate, quatenus nos Deum, justitiam & equitatem pre-
 oculis habentes in declarationem veritatis velimus sagaciter & studiose

A. D. mature digestis iterum ac tertio perscrutari scripturas, cronicas, autenticas & approbatas que faciunt fidem, illas perlegere, diligenter inspicere, sane concipere & intelligere, ac naturas infeodacionis & ecclesiarum fundacionis perspicue intendere, quibus sic mature rimatis & ad plenum discussis velimus supremo Domino nostro manifestare per genealogias accronicas, autenticas, per quos & a quibus lineater & gradatim idem *Willielmus* Comes processit & per quanta tempora, legitime, iuste, bene & inconcussa predecessores sui & ipse gavisi sunt dicto Comitatu cum universis & singulis suis insulis, commoditatibus & iustis suis pertinentiis, ne huiusmodi successio ultra debitam proclaretur hominum memoriam. His omnibus sic propositis, avifatis, discussis, digestis mature & ad plenum conceptis & intellectis, habitis prius diversis & singulis hinc inde tractatibus, ad honorem Dei omnipotentis, manifestationem veritatis & obedienciam & reverenciam supremi Domini nostri Regis tanquam filii obediencie preceptarii mandatarii prout decet in his que audivimus a senioribus nostris, deinde que legibus intelleximus & concepimus & ad plenum sano effectu decessimus per libros Scripturas, cronicas regnorum utrorumque Scocie & Norwegie & progenitorum eorundem; sic quod singulariter singuli & universaliter universi, uno animo, una fide, unico consensu & assensu respondemus fidem ut perfertur & testimonium veritatis facientes universis superscriptis. Quod universa genera munitamentorum, cartarum evidenciarum & aliarum probacionum species que apud nos erant, ob reverenciam supremi Domini nostri dicto Domino Comiti deliberavimus & exhibuimus antedictum comitatum concernencia. Sed verum est & in veritate attestamur ex relatione fide dignorum antecessorum & progenitorum nostrorum quod principulus & precipuus manus five manerium Dominorum Comitum Orcadie fuit diversis temporibus igne combustus & ad nihilum redactus & funditus destructus & patria tota depredata

depredata & vastata per emulos nostros & inimicos per quas depreda- A. D.
 ciones, consumptiones & destructiones firmiter credimus quod principa-
 les evidencie, carte & alie patentes, diverse litere fuerunt & sunt alie-
 nate & consumpte spectantes & concernentes ad antecessores & progeni-
 tores dicti Domini Comitis defectu unius castri in quo tutissime ipse
 evidencie, & carte & alia patrie jocalia firmissime poterant collocare.
 Ast quantum ad linealem progressum & gradum successione dicti Do-
 mini Comitis & suorum antecessorum seu progenitorum Comitum Or-
 cadie, nos prenominati superius expressatis, iusta nostrum ingenium,
 sensum & intellectum prescrutati sumus & mature avisati lufidissime
 per diversa lingvarum genera, Scripturas authenticas & approbatas cro-
 nicas scilicet in lingua latina & Norvegica per quas reperimus infeo-
 daciones ecclesiarum nostrarum, genealogias nostras & antecessorum no-
 strorum, cartis & evidenciis ipforum & nostrarum manifestantibus & claro
 stili eloquio testimonium perhibentibus ac fidem facientibus, in quibus-
 dam Cronicis, libris, cartis ac aliis authenticis scripturis reperimus no-
 mina diversorum comitum Orcadie tempora infeudacionum ipforum
 iuxta modum & formam sequentem, sed de eorum strenuis & nota-
 bilibus operacionibus, gestis, nominibus filiorum filiarumque suarum,
 de modo migrandi ab hac luce, de divisione seu unione hereditatis ipso-
 rum, de incremento vel decremento possessionum suarum pro presenti
 brevitatis causa pretermittimus; & nos ad antiquas cronicas & genealogias
 authenticas & approbatas referimus.

Reperimus itaque imprimis quod tempore *Haraldi* Comiti pri- Haralldus
 mi Regis Norvegie, qui gavifus est per totum Regnum suum, hæc Pulchrico-
 mus,
 terra five insularum patria Orcadie fuit inhabitata & culta duabus nacio-
 nibus scilicet Peti & Pape, que due genera naciones fuerant destruce

A. D. radicitus ac penitus per Norvegenes de stirpe five de tribu strenuissimi principis *Rognaldi*, qui sic sunt ipsas naciones aggressi quod posteritas ipsarum nacionum Peti & Pape non remansit. Sed verum est quod tunc non denominabatur Orcadia sed terra Petorum sicut clare verificatur hodie adhuc cronica attestanta, per mare dividens Scociam & Orcadium quod usque ad hodiernum diem mare Petlandicum appellatur & sicut pulchre subjungitur in iisdemronicis Rex iste *Haraldus Comatus* primo applicuit in Zetlandiam cum classe sua & consequenter in Orcadia & contulit illam Orcadiam & Zetlandiam antedicto principi *Rognaldo* robusto, ex cuius stirpe ut perfertur prefate due naciones, fuerant everse & destructe sicut cronice nostre clare demonstrant, a quo quidem *Rognaldo* processerunt linealiter & gradatim omnes Comites Orcadie & possederunt temporibus suis dictum Comitatum libere sine quacunque exactione quocunque Canone seu sensu, excepto obsequio prestando regibus Norvegie tributi racione, sicut in clausula sequenti lacius patebit que in Cronica de verbo in verbum continetur. Revera enim usque hodie illorum posteritas dominio subjacent excepto quod jure tributario Norvegie regibus deserviunt; Qui quidem principes *Rognaldus* strenuissimus hujusmodi comitatum libere & jure donavit cuidam fratri suo *Swardo* nomine, qui Comes *Swardus* procreavit quendam filium *Gothurnum* nomine, qui Comes *Gothornus* possedebat dictum Comitatum per unum annum & decessit sine herede legitimo & sic reversus est dictus Comitatus dicto principi *Rognaldo*, qui pure & libere illum contulit cuidam filio suo *Egvard* nomine qui postea cognominabatur *Turffeid*, qui quidem per longa tempora possedebat dictum Comitatum & habundavit opibus & plenus fuit divitiis. Cui successit filius ejus *Thurwider Gedclevar* cui successit filius ejus *Itlanderver* cui successit filius ejus Comes *Swardus* robustus ac corpulentus, magnus & strenuissimus bellifer, adhuc tamen non fuit regeneratus

Rognvald
Mæra iarl.

Hetland.

Sigurdus
Eystani.

Torff Ena-
rus.

Thorfinnus
Haufaktufus

Lodver.

Sigurdus
Digri.

ratus

ratus sacri baptismatis lavacro neque alii Comites prenominati. In cuius A. D. quidem Comitis *Swardi* diebus supervenit *Olaus Thurgonus* Rex illustris. ^{Olaus Tryg-} ^{gonis.} *simus* de occidentalium partium guerris, cuius induccione Comes ille *Swardus* una cum gente Orcadie devenerunt, Christiani gentilitatis relinquentes errorum. Cui Comiti *Swardo* successit filius ejus comes *Thurfinus* procreatus ex filia quondam excellentissimi Principis *Malcomi* Regis Scotorum illustris. Qui quidem Rex contulit dicto *Thurfino* terras de Cathnes & Sutherland sub unica denominatione comitatus in Scotia & illis gavifus est una cum comitatu Orcadie Zetlandie & pluribus aliis dominiis in Scocie Regno jacentibus & vixerat diu & strenuissimus erat in campis post cuius quidem Comitis *Thurfini* obitum successit sibi ejus filius Comes *Erlinus* primus & iste *Erlinus* primus genuit Comitem *Paulum* & *Erlinum* secundum qui *Paulus* Comes genuit Comitem *Hacoin* Comes, *Erlinus* secundus procreavit Comitem *Magnum* gloriosissimum Martyrem patronum Orcadie qui sanctissime abiit ab hac luce virgo & martyr. Post cuius quidem *Magni* martyris decessum & post obitum Comitis *Hacoin* successit Comes *Rolandus* qui primo fundavit Ecclesiam Sancti *Magni* Martiris; illamque magnis possessionibus divitiis & redditibus dotavit, predictus virque sapiencia & virtute polebat per plura bona pietatis opera famabatur venerabaturque & reputabatur, pro sancto viro. Post cuius quidem obitum successit ejus frater *Ericus* comitatus Cui successit Comes *Harildus* Cui successit Comes *Joannes* filius ejus, Cui *Joanni* successit Comes *Magnum* Secundus a quo *Alexander* Scotorum Rex cepit comitatum de Sutherland Cui *Magno* Comiti secundo successit Comes *Gilbertus* primus, cui successit Comes *Gilbertus* Secundus ejus filius qui gavifus est comitatibus Orcadie & Cathnes in Scotia. Qui quidem *Gilbertus* secundus procreavit *Magnum* tertium & quendam filiam *Matildam* nomine; Iste Comes *Magnum* filius *Gilberti* secundi genuit Comitem

A. D. mitem *Magnum* quartum & quondam *Joannem* & ille *Magnus* comes quartus ab hac luce abiit sine prole, qui successit *Joannes* ejus frater in antedictis comitatibus Orcadie & Cathnes, *Joannes* iste genuit quendam *Magnum* Comitem quintum. Cui *Magno* quinto jure successionis linealiter successit Dominus *Malifius* comes de *Straterne* in Scocia tanquam heres legitimus jure hereditario ad utrosque comitatus Orcadie & Cathnes sicut clarissime manifestant munimenta, evidencie & carte utrorumque regnorum Scocie & Norvegie. Qui quidem Comes *Malifius* revera primo desponsavit filiam Comitis de *Monteith* in Scocia & ex ea genuit filiam *Matildam* nomine post cujus quidam prime uxoris obitum desponsavit filiam quendam quondam *Hugonis* Comitis de *Rosfe* & ex ea procreavit quatuor filias & decessit sine masculis sicque ejus domine terre & possessiones fuerant divise inter illas filiam vero antiquiorem ex prima uxore procreatam *Matildam* scilicet duxit in uxorem *Welandus* de *Ard* qui ex ea procreavit quendam filium *Alexandrum* de *Ard* qui *Alexander* jure Regne Scocie & consuetudine hereditaria successit Comiti *Malifio* de *Strathern* in principali manerio five manso ratione sue matris Comitatus de Cathania & possedebat jure & appellacione Comitis & eadem ratione & eodem jure gavisus est certa perticata five quantitate terrarum Orcadie & gerebat se pro Balivo & Capitaneo gentis Orcadie Norvegie Regis ex parte idemque *Alexander* de *Ard* tempore suo vendidit & alienavit quondam recolende memorie Domino *Roberto Stewart* primo Scotorum Regi dictum comitatum de Cathnes mansum five manerium principale & omnia alia jura spectancia seu concernencia ad se ratione matris ejus tanquam ad antiquiorem sororem jure & consuetudine regnorum Scocie cum denominatione comitatus five Comitis, iste vero *Alexander* finaliter decessit sine herede de suo corpore quocunque legitimo procreato. Nunc vero vertamus stylum

ad

ad quatuor filias ex secunda uxore procreatas, quarum una desponsata A. D. erat cum Domino *Willielmo* de Sancto Claro Domino le *Sinclar* qui Dominus *Willielmus* ex ea genuit Dominum *Henricum* de Sancto Claro, qui Dominus *Henricus* desponsavit *Jonnetam* filiam Domini *Walteri* de *Haliburton* Domini de *Dirletoun* & ex ea procreavit Dominum *Henricum* de Sancto Claro secundum qui ultimo decessit comes Orcadie indubitatus qui in uxorem habuit venerabilem Dominam *Egidiam* filiam filii antedicti quondam Domini *Roberti Scotorum* Regis illustris filiamque quendam strenuissimi Domini *Willielmi* de *Douglas* Domini de *Nydysdale* & ex ea procreavit presentem Dominum *Willielmum* de Sancto Claro comitem Orcadie, Dominum le *Sinclare*. Quedam alia filia secunde uxoris desponsata fuit cum quodam milite denominato *Here Gimsill* de *Swethrick* partibus oriundo, qui vero miles in Orcadie partibus venit & jure ac ratione sue uxoris gavifus est quadam parte terrarum Orcadie que quidem uxor ab hac luce sine herede migravit legitimo ex suo corpore procreato. Tertia vero filia secunde uxoris fuit nupta cum quodam *Gothredo* nomine *Gothorno le Spere* qui ex ea procreavit quendam filium Dominum *Malisum le Spere* militem qui tandem decessit sine herede legitimo de suo corpore genito similiter & quarta filia decessit sine herede ex suo corpore legitime procreato. Verum iste Dominus *Henricus*, primus Dominus le *Sinclare*, ejus matre, *Alexandro* de *Arde* & Domino *Malisto Spere* adhuc viventibus ad Dominum nostrum supremum regem Norwegie adivit *Hocoin* nomine cum quo rege certas fecit pactiones, condiciones & appunctuamenta per quas reversus est ad Orcadie partes illisque gavifus est usque ad extremum vite sue comesque Orcadie obiit & pro defensione patrie inibi crudeliter ab inimicis peremptus est. Et post decessum istius *Henrici* comitis primi in Orcadie partibus supervenit dicti Comitis *Henrici* primi mater filia Do-

A. D. mini *Malisi* Comitis prenominati & ibi fixe remansit usque post obitum filii ejus *Henrici* Comitis primi & supervixerat post obitum omnium sororum suarum, filiorum filiarumque suorum sic quod ipsius antedicti quondam Comitis *Henrici* primi mater successit omnibus sororibus ejus eorundemque filiis & filiabus tanquam unica & legitima heres comitatus Orcadie & terrarum de Cathnes sibi tanquam uni forori debitarum parte duntaxat & porcione exceptis sororis sue antiquiores de terris de Cathnes sub denominatione & appellacione comitatus sive Comitis quam partim ut superius dictum est alienavit & vendidit ipse quondam *Alexander* de *Ard* regi Scocie prenominato. Hujusque rei testes sunt adhuc viventes fide digni qui ipsum matrem *Henrici* primi oculis viderunt labiisque sunt locuti cum ea communicantes ad plenum Cui successit nepos *Henricus* secundus filius primi *Henrici*, cui *Henrico* secundo successit presens & superstes Dominus *Wilielmus* comes modernus Dominus *le Sinclair*.

Excellentissime Princeps ut premissimus in principio ita sine protestamur quod vestra serenissima regia sublimitas ac ipsius benignissima majestas Justa ingenii nostri modulum & sensuum capacitatem nos linqua naturam incultam nebulis ignorantie multipliciter obfuscata velit rudes indoctos a Rhetorica & sciencia alienas in fecunda facundia ignaros habere excusatos quamvis barbarico more non poetice locucionis, modo grosso loquamur, quia Insulares sumus a literarum sciencia penitus alieni, imo quod condecienti rhetorice locucionis stilo sive Scriptura non referimus vestre regie majestatis ea & nos submittimus correctioni. Sed verum est ut attestamus quod more nostro barbarico omnia que superius vestre majestati scribimus vera sunt, quia ex antiquis libris, scripturis authenticis, cronicis approbatis & relacionibus

bus fide dignorum antecessorum nostrorum, ac infeodacionibus nostris ecclesiarum nostrarum ista extruximus & compilavimus. Et si opus esset plura quam in presenti epistola vestre celsitudini lacius manifestare sciremus ipsamque in premissis informare, sed quia longa solent sperni, hec pauca sufficiunt pro presenti. Et ut hæc nostra epistola taliter qualiter compilata vestre regie majestati ac dominis vestri consistorii & palatii circa latera vestra existentibus majorem fidem ac roboris firmitatem faciat animos vestros ad plenum informet ac inter archane

vestrorum radicem emittat veritatis firmam & ceteros Christi fideles sanctæ matris Ecclesie filios instruat ad Deum & sacrosancta Dei Evangelia per nos corporaliter tacta juramus quod premissa modo quo super relata deponimus ad Dei honorem vestreque celsitudinis, predecessoris mandatum & non alias nec prece nec precio, odio, amore vel favore vel sub spe cujuscunque muneris presentis vel futuri sed pro veritate duntaxat dicenda. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium premissorum sigilla *Thome* Episcopi, Canonorum & Capituli antedictorum, totiusque populi & communitatis patrie nostre Orca die quod dicitur sigillum commune & mei *Henrici Randal* legiferi in nostra publica & generali sessione non sine magna maturitate & plena digestionem presentibus sunt appensa apud *Kirkcaw* mensis Maji die quarto Anno Domini millesimo quadringsesimo tertio.



A. D.



FRAGMENTUM

ex No. 103. in Folio. (*)

Imperavit *Hetlandice*, alias *Finland* & *Qvenland*, quæ ab aliis oriente maris *Gandvig* propinqui, nobis *Helsingiabond*, sita est, rex nomine *Forniotus*; filii ei erant tres, primus *Gler*, nobis *Egi*, secundus *Loge*, tertius *Tari*, huic filius *Frostius*, pater *Sneisis*, patris *Thoreris*, qui duos habebat filios, *Noerem* & *Goerem*; filia ei *Goa*; Religionis strenuus sectator, sacrificium, dictum *Thorrablót*, media quavis hyeme, unde etiam mensis nomen trahit, fecit: hyeme quadam, inter solennia hæc sacra, *Goa*, omnibus insciis desiderabatur, quæritur, non autem invenitur; Exacto mense isto, proxime sequenti, *Thoer* victimam *Goablót* obtulit, cum in finem, ut de *Goa* certiores redderentur; ast frustra. Tertia postea hyeme fratres se sororem exquisituros pollicentur, loca perlustranda fortiti, *Noer* continentem, *Gor* vero insulas, unde hic, nave vetus, cursum per mare dirigit, hinc in mare Jutiæ delatus, *Sveciæ* Peninsulas & omnes in orientali mari sitas insulas, postea *Gythlandiæ* scopulos scrutatur; ad Daniam exinde tendit & singulas ejus insulas transit, suos ibi cognatos, *Gleris Gamli* in *Lessöe*, posteros, convenit; pergit exinde, sorore non exquisita. *Noer*, donec hyeme, cum terra nive tegetur, xylosoleis vehi posset, manebat; ex *Qvenland* tunc intra mare progressus, ad homines qui *Lappones* audiunt & pone *Finniam* habitant pervenit, cum his, transitum prohibentibus concreditur eosque fugat, ipse quippe, non secus ac exercitus, magiæ peritissimus; inde occidentem versus in *Kiöl*, sine ullis obviis, tendunt diuque pergunt, feras avesque, queis

(*) Hoc in reliquis non habetur & initium est historiae; vitiose scripti exemplaris scopum tantum retinere possumus.

queis victitent, jaculantes; Veniunt ad occasum versus de montibus decidentem fluvium eundemque labentem sequuntur, donec finum magnum, summam vastitatem præ se ferentem, conspiciunt, & multas ibi valles, undique cultas; ad finum descendunt & cum congregatis ibidem pugnam ineunt; *Noer* heic victor, vicinia loca peragrat ac tractus & omnium intra tribuum rex evadit; æstate ibi transacta, cum montes nix tegeret, vallem, secundum australe tractus, qui *Thrandia* nunc audit, latus, superat; Quosdam ex suis, ingentes enim utrique fratri copiam, austrum versus in *Meriam* ablegat; quoscunque sibi in itinere obvios subigit; Ad australe montis, qui ad vallis suprema, latus progressus pergat usque quo ad stagnum *Miors* pervenit, occidentem versus, suos enim a rege, cui nomen *Soknius*, cæcos audivit, a monte vergit; venit in tribum *Valdures*, inde mare versus ad longum angustumque finum, hodie *Sogniam*, congregatur hic acri pugna cum *Soknio*; illi magici ipsorum doli probe noti. *Noer* summam certando virtutem præstat & cum *Soknio* tandem configit & eum, cum magno suorum numero, sternit.

Cap. 2.

His gestis, *Noer* in tractum a *Soknia* aqvilonem versus, qui *Soknio* paruerat, nunc *Soknedal*, pergat; moratur ibidem diu; locus *Nordfiord* appellatur. Convenit eum heic frater *Goer*, qui nihil omnino de sorore *Goe* audiverat, ast quæcunque extra continentem subegerat; Distribuant tunc loca subacta; obtinet *Nor* continentem; *Goeri* omnes insulæ, inter quas navigare posset, cedunt. In *Oplandias* exinde tendit *Noer*; regimen ibi *Bergis* erat apud *Rolfum* regem, filium *Svadi* *Utteris*, a septentrionem versus jacentibus *Dofrum*; abduxerat hic *Goam*, *Thoris* filiam, unde *Noeri* secum certandi dat optionem, & post longam, ast

A. D. victoria carentem pugnam, cum fædus contraherent, ipsam retinet & sororem suam illi vicissim elocat. *Nor* igitur in subactum prius regnum, quod *Norveg* f. *Noris via* audit, revertitur & ad finem usque vitæ regit, post eum filii, qui terram diviserunt, unde unicum regnum tot regna quot reges numeravit; hinc reges provinciales.

Cap. 3.

Goer summus habebatur pirata (*Spe-Ronge*), ejus filii *Heiti* & *Beiti* piratæ primarii homnesque ferocissimi; Regnis filiorum *Goris* magna intulere damna, variis vincentibus. *Beiter* in *Thrandiam* delatus, in loco qui nunc *Beitistad* castra locat; navem inde trans *Fifvisured*, ubi *Nomdaler* septentrioni proximi, trahi curat, in puppe sedens, gubernaculum tenet, totumque a sinistro navis latere territorium, multas provincias, sui juris facit.

Heiter Goeris filius pater erat piratæ *Sneidis*, ejus filius *Halfdanus Gamli*, pater *Ivaris* Oplandiæ comitis, cui filius *Eysteinn Glumra*, nepos comes *Rögnvalldus*, dives prudensque.

Cap. 4.

Comes *Rögnvalldus* *Haralldo* pulchricomo addicitur, qui ipsum *Meriæ* & *Romsdaliæ* præficit. Erat ei uxor *Ragnhillda*, *Hrolfi Næfiæ* filia, suscepit ex eadem filium *Rolfum*, qui Normandiam subegit, vir hic tantæ molis ut nullus equus ei ferendo par esset, *Gaungu Rolf* (pedes) exinde dictus; ejus posterii *Rude Jarler* & Angliæ reges; habebant etiam (*Rögnvalldus* & *Ragnhillda*) filios plures, *Ivarem* nempe & *Thorerem Thegiandi* (taciturnum v. mutum). *Rögnvalldi* autem filii noti fuere *Halldus*, *Rollaugus* & *Einar*,

natu

nata minimus. Rex *Haralldus* Pulchricomus æstate quadam in mare occi- A. D.
dentale navigationis cursum direxit, piratas, hostilium quippe eorum in-
curfionum in Norvegiam, (hyemali tempore in Hetlandia vel Orca-
dibus morabantur) pertæsus, puniturus dirigit; subigit simul *Hialtlan-*
diam, *Orcades* & *Hæbudes*; ad occidentales usque *Meriæ* oras pergit,
singulos vicos devastat pugnis variis & regiones longe adeo occidentem
versus fitas, ut nemo exinde iis potitus sit, suæ fecit potestatis. Inter
memoratarum quendam pugnam cæsus est *Ivar*, comitis *Rögnvalldi*
filius; dedit igitur rex *Orcades* & *Hialtlandiam* comiti, qui fratri *Si-*
gurdo, regis *Haralldi* proretæ, utramque cessit ditionem.



CATALOGUS COMITUM ORCADENSIUM



Catalogus
Comitum Orcadenfium

Ordine Chronologico.

Anno						
	H erraudus	cadit	.	.	.	Orcadum 7 nostra Pag.
	Angantyr	8 —
	Cormacus	8 & 9 —
617	Godballus	9 —
	Fridlefus	Ragnaris Lodbrochis f.	.	.	.	9 —
	Rögnvalldus	Eysteinis f.	.	.	.	10 — 3
		imperium in fratrem confert	.	.	.	11 557 — 3
	Sigurdus	Eysteinis f.	.	.	.	12 — 3
	Guttormus	Sigurdi f.	.	.	.	12 — 3
	Halladus	Rögnvalldi f.	.	.	.	17 —
	Defensionem insularum negligit, comitatum resignat & in Norvegiam redit No. 103 & 332.					
	Einar,	Torf-Einar,	Rögnvalldi f.	.	.	18 — 3
	Arnkell	Einaris f.	} cadunt cum Erico Blodöx No. 103	} Cap. 8.	.	22 — 3
	Erlendus	Einaris f.				
	Thorfinnus	Hausaklinfur	.	.	.	24 — 3
	Arnfinnus	Thorfinni f.	.	.	.	24 — 5
	Havardus	Thorfinni	.	.	.	24 — 5
	Laudver	s. Ludovicus	Thorfinni f.	.	.	24 — 5
	Liotus	Thorfinni f.	.	.	.	24 — 5
	Skulius	Thorfinni filius	.	.	.	24 — 5
	Sigurdus	Laudveris f. Crassus	.	.	.	27 — 5
1013		cadit	.	.	.	44 —
	Sumarlidius	Sigurdi f.	.	.	.	45 — 5
	<i>Einar</i>					

ORDINE CHRONOLOGICO.

Anno		Orcad. nostra. Pag.
	<i>Einar Sigurdi f. Rangmudr</i>	45 — 5
1020	five distorti oris, cadit .	48 — 15
1033	<i>Brufius Sigurdi f.</i> obit .	— 48
1064	<i>Thorfinnus Sigurdi f.</i> natus 1008, decedit .	65 — 87
1046	<i>Rögnvalldus Brusii</i> occisus .	62 — 76
1099	{ <i>Paulus Thorfinni f.</i> <i>Erlendus Thorfinni f.</i> } obeunt .	80 — 116
	<i>Erlingus Erlendi f.</i> cadit de casu ejus duplex relatio	— 116
1110	<i>Hacon Pauli f.</i> moritur.	90 — 141
	<i>Magnus Erlendi f.</i> cæsus est .	86 — 132 501 504
1135	<i>Haralldus Haconis f.</i> venenato indusio extingvitur	91 — 135
	<i>Paulus Haconis</i> imperio potitur .	— 159
1157	Ejus fatum incertum .	109 — 220
1158	<i>Erlendus Haralldi Svaviloqui f.</i> cadit .	137 — 361
1206	<i>Kohus Kalii f. Rögnvalldus,</i> non cadit 1159 .	142 — 389
	<i>Haralldus Maddadi f.</i> natus 1135 .	152 — 419
	<i>Haralldus Erici Slagbrellis f. ungi f.</i> junior .	147 — 411
1231	<i>David Haralldi f.</i> moritur .	154 — 420
1231	<i>Jon Haralldi f.</i> cæsus est .	
1239	<i>Magnus</i> obit .	163
1256	<i>Gibbon</i> obit .	165
1267	<i>Magnus Gilberti f.</i> comitis officium gerit .	172

NB. Ex Indice nominum *Jacobi Anderfoni.*

Primus in nostrorum scriptis memoratus Cathaniæ (Cathness) Comes erat *Haralldus*, quo ob rebellionem adversus R. *Guilielmum* cæso, collatus est ab *Alexandro II.* is honor in *Magnum Gillebridi* comitis *Angusiæ* filium, cujus vel filius vel nepos erat (*) *Magnus*, hac charta nominatus, ejusque sobole deficiente eam dignitatem accepit.

Magnus

(*) Vide *Magnum* infra post hunc ordine quartum, Anno 1320.

Bbbb

CATAL. COMIT. ORCAD. ORD. CHRONOLOGICO.

Anno		Orcad. Pag.
1274	<i>Magnus Gibbonis f. obit</i>	— 172
1276	<i>Magnus Magni filius comes creatur</i>	—
1284	obit	— 172
1300	<i>Jon Magni f. comitatum gerit</i>	— 172
1320	<i>Magnus comes Orcadiæ & Cathaniæ nominatur in litera Comitum, Baronum, libere tenentium & communitatis Scotiæ ad Papam Anno Dni 1320. Vid. J. Andersoni Thesaurum Diplomatum & Numismatum Scotiæ. ed. Edinburgi 1739. Tab. LI.</i>	—
1343	<i>Argisel comes est</i>	— 137
1357	<i>Eringilsus</i>	— 173
1369 1370	<i>Henricus de S. Claro.</i>	— 174
1375	<i>Alexander de Ard comes</i>	— 174
1406	<i>Henricus Sinclar</i>	— 178
1418	<i>Johannes Sinclar</i>	— 178
1423	<i>David Meiner constituitur</i>	} 178
1427	<i>removetur ab officio</i>	
1427	<i>Thomas de Tholac episcopus comitatus præfecturam recipit</i>	— 182
1434	<i>Gvilielmus de S. Claro comes creatur</i>	— 183
1463	<i>Robertus</i>	— 186



Index Nominum priorum,

A.

- A**kursburgum urbs 310.
Aldeigoburgum urbs in Bassia 47. 49.
Alfisa 47.
Amundus Hnefii filius. 375.
Andreas Sveinis filius 405.
Armodus poeta 267. 283.
Arnas Spítuleggur, ejus cædes 275.
Arnfinnus comitis Thorfinni filius 3. Ejus uxor Ragnhillda, regis Erici filia,
ipsum occidit. No. 103. Cag. 8.
Arnkell comitis Torf-Einaris filius 3.
Arnor Jarlaskállid 65.
Aslacus Erlendi f. 261.
Audun Raudi 303. seq. 307.
Aulver Rosta, 141. 147. 175. seq. Olaum Hrolfi comburit 187. fugatur 235.

B.

- Biarnius** Kolbeinis filius in Orcadibus Episcopus. 405. 407.
Bolgaraland v. Bolgardaland 318.
Brufius Sigurdi filius, Orcadum comes, moritur 44.
Botolfus Begla 355.

D.

- Dagus** Eylífi filius 109.
Dalveriaett 382.
David rex Scotiæ 153. Melkolfi filius 177. moritur 327.
David Haralldi f. 407. Orcadiæ comes 419. moritur 421.

INDEX NOMINUM PROPRIORUM.

Dromundr, *Dromedarius*, navis ingens 298.
Dufgall Sumarlidii filius, rex 383.
Dungadus Katanesiæ comes 5.
Dungadus rex Scotiæ 91.
Dyraksborg 318.

E.

Einar Rögnvalldi filius comes 3.
Torf-Einar igitur cognominatus, quod glebularum torrefactas (*Torf*) pro ignis alimento in insulis adhibendas primus invenerit, altero oculo captus, statura magnus perquam, piratas Danos, Thorerem Tueskegg & Kalfum Skurfam, qui insulas subegerant, occidit & Halfdanem Hálegg, cujus tergo transfosso, pulmones extrahit & ut victoriam obtineat Odino hostiæ loco offert. No. 103 & 332. Cap. 6. 7. 8.
Einar Sigurdi f. insularum comes 5. Rangmudr nominatur 61.
 Svafu Ragnhildæ Eirici filiæ Einarem Klummung occidit & ejusdem cura exinde interfectus est No. 103. Cap. 9.
Einar Thambaskelfer Magnum Olai e Russia reducit 47.
Einar Vorfakrkr 93.
Eysteinn Glumra 3.
Eysteinn Orrius cadit 95.
Eysteinn Norvegiæ rex. 119. 259. 325. 332.
Eivindus Urarhorn occiditur 11.
Eivindus Olbogi 109.
Eivindus Melbrigdi f. 179. 187. 191.
Ellisif regina 95.
Emanuel rex Constantinopolitanus 319.
Endridius Isaaci filius 93.
Endridius Ungi 259 seq. 287 cædes ejus 321.
Ericus Spaki, rex Daniæ 99.
Ericus Blodöx 3. 17.
Ericus Eymmunius rex. 99. 173.
Ericus Stræta 143.
Ericus Slagbeller. 143. 147. 349. 397.
Erlendus Thorfinni f. 87 comes 91 uxor Thora 93. mors. 117
Erlendus Haralldi Slettmalii f. Svavilobvi f. 217. comes 327 cædes 361.
Erlingus Archidiaconus 93.
Erlingus, comitis Erlendi f. 93. cadit 117.
Erlingus Skacki 277. seq. 285. 301 sq. 321.
Ermengerda, regina Verboni, 278. sqq.

INDEX NOMINUM PROPRIORUM.

F.

Finnus Arnæ f. 59.

Frakarka Maddadi filia. 139 seq. 175. seq. ædibus inclusa comburitur 235.

G.

Gaddgeglar, confinium Scotiæ & Angliæ 55.

Gaiciuland 284. 294.

Gardariki, Russia 45.

Gilla-Kristus 151

Gilla-Odran 383.

Guttormus Sigurdi f. comes 3.

H.

Haco Ivaris f. comes 93. 96. 99.

Haco Pauli f. 93. comes 119. mors. 141. 413.

Haco Pik. 93. Sigurdi in Vestneso filius 147.

Haco Klo 93. 143. 147.

Haco Karl 119. 195.

Haco Norvagus. 99.

Haco Barn. 258.

Haco Herdibreid, rex constituitur & cadit 321.

Haco Haralldi filius, comes 397.

Hastidius Thorkelis Flettis filius 215.

Halfdanus Háleggus regis Haralldi f. cadit. 3.

Halldor Brinjulfi Ullfalldi f. 93.

Hallnesia 95.

Hallus de Sida 93.

Hallus Thorarini Breidmagii filius 243. clavis metricæ cum comite Rögnvalldo
autor 245.

Haralldus Pulchricomus Orcades subigit. 3. 17.

Haralldus Sigurdi f. rex 45 in Norvegiam venit 79. cadit. 95.

Haralldus Gudini filius rex Angliæ 95.

Haralldus Slettmáli, svaviloqvus comitis Haconis filius, comes 139 sqq. magia
interit 145.

Haralldus Magni Nudipedis filius 151 rex 171. 185. 199.

Haralldus comitis Maddadi filius 221. comes 231. 327. 337. 397. 407.

Haralldus Jungi v. Ungi, Erics filius 397. comes 407 cadit, sanctus. 411.

Bbbb 3

Ha-

INDEX NOMINUM PROPRIORUM.

Havardus Gunneri f. 93. 127.

Havardus Thorfinni filius, comes, 3. svasu uxoris Ragnhilldæ ab Einare Klummung
cæsus est. No. 103, Cap. 9.

Havardus, domesticus Sölmundi 157. cædes ejus 161.

Heborga comitis Pauli filia. 93.

Holldbodius Hundii filius (interdum Hornbodi) 195. 235. fugatur. 247.

Hörda-Knutus, Daniæ & Angliæ rex 57.

Hugo Crassus 109.

Hugo Prudi 109. cadit 111.

I.

Jarisleifus, rex Holmgardiæ 47.

